BIBLIOTHECAE APOSTOLICAE VATICANAE

CODICES MANV SCRIPTI RECENSITI

IVSSV

PII XI PONTIFICIS MAXIMI

PRAESIDE IOHANNE MERCATI

S. GEORGII IN VELABRO CARD. DIACONO

S. R. E. BIBLIOTHECARIO

ET SCRINIARIO

CODICES VATICANI GRAECI

TOMVS II

CODICES 330-603

RECENSVIT

ROBERTVS DEVREESSE

BIBLIOTHECAE VATICANAE SCRIPTOR

IN BIBLIOTHECA VATICANA

MCMXXXVII

EDI LICET:

E Civitate Vaticana, 22 februarii 1937.

† Fr. Aug. Zampini, Ep. Porphyreonen.
Vic. gen. Civitatis Vaticanae.

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS

PIO · XI

PONTIFICI : MAXIMO

SACRVM

PRAEFATIO

Bibliothecae Vaticanae codicum Graecorum descriptorum tomus primus, Iohannis Mercati huius Bibliothecae tunc praefecti et Pii Franchi de' Cavalieri scriptoris cura et studio expletus, anno Domini 1923 in lucem prodiit. Codices in hoc tomo recensiti (1–329) opera profana, quae dicuntur, maximam partem comprehendunt.

Tomus, qui hodie secundus editur, thesauris sacris, ut ita dicam, Scriptura et Patribus, inde ab initio usque ad finem, fere totus repletus est.

Ad tomum tertium, ut Deo adiuvante in annorum spatium minus prodatur, iam sum accinctus. Scriptorum aevi Byzantini nonnullorum opera magni pretii complectetur enarrata; Conciliorum etiam, Canonum, Hagiographorum, Liturgicorum librorum copiam amplissimam continebit. Quae omnia sub numeris 604-866 in Bibliotheca Vaticana hodie servantur.

Priusquam librum hunc virorum eruditorum iudicio et indulgentiae tradam, superest ut Eminentissimo Iohanni Mercati bibliothecario S. R. E. gratissime satisfaciam, quippe qui me, anno 1926, ad opus, quod inceperat, proficiendum, Pio papae XI benigne designaverit, schedas complures ad codd. 330-452. 516–556 pertinentes mihi libenter commiserit, ad dubia quae habebam tollenda aut ad imperitiam corrigendam subsecivum tempus sponte adhibuerit. Quoties eum, usque ad ultimam horam, qua absolutus est liber, adii, toties beneficia retuli, felix nimis si tanto magistro minus evadam impar.

Scribebam kal. Februarii 1937.

LEGES QUAS PROCURATORES BIBLIOTHECAE VATICANAE
IN CODICIBUS GRAECIS RECENSENDIS SIBI CONSTITUERUNT

Singulorum codicum descriptionem in tres partes dividimus, quarum prima de externo libri habitu praecipua docet, altera auctores et opera recenset, tertia codicis faciem et cultum distinctius exponit.

I. In prima parte, quam, numero excepto, litteris minoris moduli imprimimus, haec tantum de codice proferuntur: nota, aetas, materia, amplitudo, foliorum, laterculorum, linearum numeri.

1. Lineae initio typis crassioribus exscriptum, numerum Arabicum collocamus, quo codex in praesens signatus cernitur; superiorem notam (qua scilicet liber usque ad Pauli V tempora signabatur) uncis lunatis inclusam adscribimus pone adverbium ' olim '; alias notas antiquiores, quoties in codice exstant, ultimae descriptionis parti, utpote loco opportuniori, reservamus.

2. Sequitur nota temporis numero Romano, cui praefigimus litteras ' saec. ', id est ' saeculi '. Ubi est codicis aetatem finibus angustioribus circumscribere, vocum illarum ' ineuntis ', ' medii ', ' exeuntis ' compendia subicimus ' in. ', ' med. ', ' ex. '. Cum volumen occurrit labente saeculo vel proximo ineunte exaratum, aetatem definimus lineola (-) inter duos saeculorum numeros inserta; e. g. ' saec. XII–XIII '. Codicum vero, qui notationem annorum prae se ferunt, annos, saeculi loco, afferimus, numero Arabico expressos, secundum litteras ' an. ', scil. ' anni ', atque inter uncos f(olii) numerum subnectimus, in quo notam librarius apposuit; e. g. ' an. 1284 (f. 125) '.

3. Ad materiam indicandam adiectivis utimur ' membranaceus ' (contracto ' membran. ' vel ' membr. '), ' chartaceus (' chart. '). Cum liber partim in membrana, partim in charta exaratus est, signamus materiam qua pleraque folia constant, notas numerales plagularum ex altera materia inter uncos lunatos subiungimus; e. g. ' membran. (ff. 1. 40-50. 67. 89 chart.) '.

4. Libri amplitudinem per longum et latum millimetris, quae vocantur, damus, altitudinis mensuram constanter praemittentes; e. g. ' mm. 280×198 '.

5. Foliorum (ff.) praeviorum numerum prodimus nota Romana, cui, puncto seiunctum, adscribimus notis Arabicis foliorum numerum in codice signatorum; e. g. ' ff. V. 148 '.

6. Notas Arabicas, plerumque ubi textus desinit intermissas, foliis vacuis sequentibus ad finem usque apponimus.

7. Si quae folia medio codice occurrunt sine numero, ea signamus folii praecedentis nota, adicientes dextrorsum superius litterulas ^{a}, ^{b}, ^{c} etc.; in recensione autem adscribimus signo + uncisque includimus. Similiter folia bis numerata notamus. Numeros vero a librario omissos uncis comprehensos addimus pone signum —, adiectis verbis 'librarii neglegentia omissis' aut compendio 'om.', id est 'omisso, omissis'; e. g. 'ff. 150 (+ 24^{a}. 28^{a-c})'; 'ff. 170 (+ 20. 30. 50 bis numeratis)'; 'ff. 200 (— 21. 30 librarii neglegentia omissis)'; 'ff. 178 (— 32 om.)'.

8. Plagulas vacuas ab eo adiectas, qui nostra fere aetate codicem glutinavit, silentio praeterimus.

9. Librum duobus laterculis exaratum compendio indicamus 'coll. 2' pone foliorum numerum; e. g. 'ff. 240, coll. 2'. Codices vero lineis plenis descriptos haud notamus.

10. Linearum, quas singulae codicis paginae comprehendunt, numerum, foliorum laterculorumque numeris adicimus, pone compendium 'linn.'; e. g. 'linn. 28', 'linn. 28–32'.

11. Foliorum seriem turbatam hoc loco pluries restituimus.

12. Si codex ex parte vel totus palimpsestus est, linearum numero apponimus notam 'rescriptus' aut 'totus rescriptus', litteris crassioribus.

II. Auctorum et operum recensio.

1. Auctorum et rerum recensioni praemittimus titulum, verbis brevissimis redactum, quo summa codicis declaratur; e. g. 'S. Iohannis Chrysostomi et aliorum homiliae de tempore'; 'Sermones LXXXIII pro variis festis'.

2. Singulos auctores numeris ordinalibus crassioris formae signatos ad novam lineam reducimus, nisi eos titulus generalis complectatur, vel eorum orationes et epistolae iaceant in codice confusae ac permixtae.

3. Si codex plures auctores continet, singula eorum opera nova linea recensenda non ducimus, sed brevibus interiectis spatiis discernenda notulisque numeralibus supra lineas adscriptis signanda.

4. Quoties codicem offendimus complura unius auctoris opera exhibentem, scriptura quidem utimur continuata, sed opera singula spatiis vacuis distinguimus et numeris crassioribus notamus.

5. Opuscula quae vulgo in alterius auctoris operibus adnumerantur (ut e. g. Libanii oratio pro saltatoribus, quae inter Luciani opera haud raro legitur), nova linea non recensemus.

6. Auctorum nomina typis crassioribus imprimimus. Opera spuria asterisco indicamus.

7. Titulorum Graecorum, quibus opera sine auctoris nomine inscribuntur, verba praecipua damus litteris diductis.

8. Auctorum nomina operumque inscriptiones, quotiescumque in codice omissa sunt, uncis angulatis ⟨ ⟩ comprehendimus.

9. Singulis auctorum nominibus pone numerum ordinalem praefigimus, inclusas uncis lunatis, notas numerales f(olium aut folia, ff.) in quibus eorum opera continentur indicantes; e. g. '**1** (ff. 1–6) **s. Iohannis Chrysostomi** in ascensionem Domini. **2** (ff. 6^{v}–14) **s. Ephraem** in eundem festum.'. Numerus, nullo addito signo, folium rectum significat; litterula ^{v}, iuxta apicem ultimae numeri notae adiecta, folium aversum indicat.

10. Si codex duabus est columnis descriptus, compendio 'col. 1' columnam sinistram significamus, 'col. 2' dextram.

11. Prolegomena, praefationes, dedicationes post titulum recensemus; cum vero operis initium et finis dantur, post finem.

12. Quoties aliqua ex codice sumimus verba, librariorum scripturam accurate exprimimus, orthographiam et vitia servantes, sed communiora compendia solventes et nominibus propriis initialem litteram grandiore forma adhibentes. Charactere minusculo, qui dicitur, constanter utimur, etiam cum librarius notis uncialibus scripsit.

13. Opera singula iis inscribuntur titulis Latinis, quibus vulgo circumferuntur. Quoties vero titulus quem liber exhibet ab editione discrepat, integrum eum perscribimus, adiecto compendio 'cod.' (id est: in codice). Scriptorum ineditorum tituli Graece vulgantur prout in codice prostant, omissis tamen (quoties pretium operae non visum est integros exscribere) verbis minus necessariis.

14. Capitum, quae typis impressa non exstant, initia proferimus primi et ultimi, cui, si fieri potest, ordinis quoque numerum anteponimus.

15. Auctorum vitas, pariter atque argumenta eorum operibus praemissa, indicamus, prima vocabula titulo subicientes, ut lector de quibus scriptis agatur prima fronte agnoscat; e. g. 'Theocriti idyllia, praemissa vita *Θεόκριτος ὁ τῶν βουκολικῶν* (1 Westermann)'; '**s. Iohannis Climaci** *προθεωρία* sanctae scalae *Ὁ τὴν ἰσάριθμον ἡμῖν* (Pasinius ... I, p. 148)'.

16. Versuum numeros, quos stichometrias vocant, notamus.

17. Scholiorum, cum operae pretium videtur, primum vel prima exscribimus et ultimum.

18. Quae saepenumero in spatiis vacuis ab alia manu adiecta sunt et quae in custodiae foliis ex aliis codicibus avulsis leguntur, ea contentorum recensioni subiungimus nullo praefixo numero, at titulus nova linea litterisque diductis prodimus.

19. Editiones ad solam fidem codicum nostrorum exactas semper memoramus.

20. In operibus notis admodum divulgatisque recensendis initium et finem numquam damus, sed unam alteramve editionem omnibus perviam signamus. In recensendis vitis ac passionibus sanctorum satis esse non semel duximus lectores remittere ad B(ibliothecam) H(agiographicam) G(raecam) secundo editam a sociis Bollandianis (BHG^2). Classicorum, qui dicuntur, auctorum editiones laudare minus utile visum est.

21. Operum haud satis cognitorum editionem commemoramus principem aut quae ad artis leges exacta sit.

22. Cum vero opus recensendum parum innotescit et editiones rariores haud facile adeundae sunt, prima verba et extrema describimus, editionem illam laudantes, quam ob oculos habere potuimus.

23. Fragmentorum operum, quae typis impressa exstant, prima et extrema verba afferimus editionis paginas lineasque uncis circumscriptas apponentes.

24. Fragmenta operum, quae tantum manu scripta exstant, designamus exscribendo titulos et initia primi et ultimi capitis integre servatorum.

25. Numeros librorum et libellorum, in quos opera non raro sunt dispertita, notis Romanis exprimimus; numeros vero epistolarum, notis Arabicis.

26. Numeros, quibus singulae epistolae indicantur, virgula distinguimus, numeros librorum, quibus opera constant, puncto et virgula lineolaque; e. g. '**Libanii** epistolae: (f. 15) 43, (f. 15^v) 44'. '**Plutarchi** de placitis philosophorum: (ff. 20–33) lib. I; – (ff. 33^v–62) lib. II; – (ff. 62^v–80) lib. III'.

III. Tertia descriptionis pars, litteris minutioribus impressa, de codicis facie et cultu, ut supra dictum est, distinctius agit, ea omnia continens quae in prima parte consulto negleximus.

1. Ibi *a*) fasciculos quibus liber constat accurate distinguimus; *b*) officinarum chartariarum signa indicamus; *c*) foliorum seriem interdum turbatam saepius restituimus; *d*) stemmata, imagines, ornamenta, quae litterae initiales foliorumque margines interdum distinguunt, brevibus verbis perstringimus; *e*) plagulas indicamus initio, medio codice et in fine vacuas

relictas; *f*) notas exscribimus librariorum, possessorum etc., vitia omnia servantes, compendia haud dubia inter uncos lunatos solventes, scripturae versus linea directa distinguentes, Latina litteris inclinatis imprimentes; *g*) opuscula, libellos etc., in quibus de codice agitur, quoties satis prodesse videtur, referimus pariter atque observationes philologicas et historicas; *h*) aetatem denique declaramus qua codex compactus est, nisi illa e scutis summorum Pontificum et Cardinalium bibliothecariorum in tegumento plerumque impressis eruatur.

2. Si qui codex e plurium codicum reliquiis constat, descriptionem ad singulas partes seu reliquias pertinentem subiungimus, uti litterae minoris moduli lectorem docebunt.

ADDENDA ET CORRIGENDA

Cod. **330**, p. 2, l. 7 *post* libris *adde*: (ff. 21-172, in Gen. 30, 27 — Num. 35, 13).

» **339**, p. 11, l. 4 ab imo *pro* πρῶτον *lege*: πρώτην.

p. 12, l. 1 *pro* φαλμῶ *lege*: ψαλμῶ; l. 7 ab imo *lege* σαρκὸς ἐπι τέλει.

» **341**, p. 15, l. 14 *pro* p. 141 *lege*: f. 141.

» **342**, p. 15, l. 13 ab imo *pro* de qua *lege*: de quo.

p. 16, l. 17 *pro* versus politici *lege*: versus duodecasyllabi.

p. 17, l. 8 *post* responsiones *adde* *; l. 11 ab imo *post* vv. τὸ ὅραμά σου *adde*: (ed. S. G. Mercati, *Onirocritico lunare secondo i codici Vat. gr. 342 e Berl. gr. 168*, in *Byzant. Zeitschrift*, 1952, p. 265-266); cf. cod. 573, f. 214.

» **344**, p. 19, l. 15 ab imo *post* versus iambici *adde*: ⟨**Manuelis Philae**⟩ (ed. Miller, vol. posterius, Parisiis 1857, p. 420-421, Appendix LX. LXI).

p. 21, l. 16 *pro* F. 341ᵛ *lege*: F. 241ᵛ.

» **351**, p. 33, l. 7 *pro* 28 *lege*: *28*.

» **353**, p. 38, l. 7 *post* manu saec. XV *adde*: (Ioh. Tortelli?).

» **354**, p. 39, l. 5 *pro* hom. II in sabbato magno *lege*: hom. in sepulturam Domini; l. 11 *pro* 295 *lege*: 195; l. 13 ab imo *pro* Luc. 23 *lege*: Luc. 22, 43; in fine *adde*: Imagines descripsit, phototypice edidit A. Grabar, in *Seminarium Kondakovianum* IV, Prague 1931, p. 215-225.

» **361**, p. 48, ll. 10-9 ab imo *pro* Evanliorum *lege*: Evangeliorum.

» **362**, p. 49, ll. 8-9, *pro* quapragesimae *lege*: quadragesimae.

» **363**, p. 50, l. 11 ab imo *pro* M. 85, 828 *lege*: M. 85, 628.

» **365**, p. 54, l. 27 *post* manu saec. XV *adde*: ⟨Ioh. Tortelli⟩.

» **368**, p. 58, l. 13 *post* manu saec. XV med. *adde*: ⟨Ioh. Tortelli⟩.

» **370**, p. 60, l. 18 ab imo *pro* Vaticanae *lege*: Romanorum Pontificum.

» **374**, p. 66, l. 12 *post* de divinis nominibus *adde*: cum scholiis **Maximi** et **Germani** patriarchae.

» **375**, p. 67, l. 16 ab imo *pro* libro *lege*: homilia.

p. 69, l. 20 *post* manu saec. XV medii *adde*: ⟨Ioh. Tortelli⟩; l. 22 *pro* Lunanus *lege*: Lucianus.

» **390**, p. 84, l. ultima *post* manu saec. XV medii *adde*: ⟨Ioh. Tortelli⟩.

» **391**, p. 83, l. 5 *adde*: cf. quae scripsit I. B. Chabot (De sancti Isaaci vita..., Lovanii 1892, p. 13-15) qui epistolam Philoxeno Mabbugensi vindicavit.

» **392**, p. 88, l. 4 ab imo *pro* 886 *lege*: 880.

p. 89, l. 14 *pro* nic. *lege*: inc.; l. 17 *pro* 1164 *lege*: 1165; l. 19 *pro* in qua *lege* in quo; l. 10 ab imo *lege*: ⟨eiusdem (?) capitum etc.

p. 90, l. 13 *post* 6 *adde*: (f. 339).

Cod. **393,** p. 91, l. 15 ab imo *pro* 88-v *lege*: 8-8v.
p. 92, ll. 22-3 *pro* homilia II in sabbato magno *lege*: homilia in sepulturam Domini; l. 9 ab imo *pro* *Μάνολη* *lege*: *Μάνοηλ*; l. 5 ab imo *pro* emptum *lege*: emptus.
» **400,** p. 99, l. 3 ab imo *lege*: refutatio hypocrisis Meletii *.
p. 100, l. 23 *lege*: expositio fidei *.
» **401,** p. 101, l. 21 *pro* opera quinque *lege*: opera sex.
p. 102, l. 19, 21, 23 *pro* [2 3 4] *lege*: [4 5 6].
» **402,** p. 105, l. 11 *lege*: quaestiones ad Antiochum ducem *.
» **405,** p. 109, *in fine descriptionis adde*: Schedula membranea anno 1550 posterior, quae nuper reperta est et in suo loco (f. I) reposita, haec praebet: *Basilius in Examerон et | alia alioru(m) | . 274.*
» **409,** p. 114, l. 3 *lege*: **Ps.-Nonni.**
» **413,** p. 121, l. 2 *post* informatione *adde*: *; l. 12 ab imo *post* poenae *adde*: in monachos; l. 2 ab imo *adde*: scholio addito (f. 308v) in reg. 286 (ed. Ioh. Mercati, p. 187).
» **414,** p. 122, l. 5 ab imo *pro* 505v *lege*: 50v.
» **415,** p. 124, l. 15 *pro* prior *lege*: altera; l. 17 *pro* sebriosos *lege*: ebriosos; l. 4 ab imo *post* in ps. XIV *adde*: hom. prior.
p. 123, l. 8, *post* manu saec. XV medii *adde*: ⟨Ioh. Tortelli⟩.
» **416,** p. 126, l. 17 *post* ff. VII. 389 *adde*: (— 388 librarii neglegentia omisso).
» **417,** p. 129, l. 14 *lege*: *Γυνὴ δέ*; l. 7 ab imo *post* saec. XV medii *adde*: ⟨Ioh. Tortelli⟩.
» **421,** p. 137, l. 2 *post* saec. XV medii *adde*: ⟨Ioh. Tortelli⟩.
» **428,** p. 149, l. 15 *post* saec. XV *adde*: -XVI ⟨Rom. Mammacini?⟩.
» **430,** p. 154, l. 4 *pro* familias *lege*: familiae.
» **431,** p. 157, l. 7 *adde*: Librum mutuo accepit L. Allatius an. 1613 (cf. Arch. Bibl., t. 30, f. 367).
» **432,** p. 157, l. 9 ab imo *pro* [a] *lege*: [2]; l. 7 ab imo *pro* [b] *lege*: [3].
p. 158, l. 18 *pro* de duobus *lege*: de duabus; l. 25 *pro* ff. 139v *lege*: f. 138v.
p. 159, l. 4 *post* de mensibus *adde*: intercalaribus; l. 6 *post* de epactis mensium *adde*: , (f. 145v) de modo inveniendi quot horas luna singulis luceat noctibus; l. 24 *pro* p. 244 *lege*: 243.
» **433,** p. 160, l. 10 ab imo *pro* **Scholarii** *lege*: **Scholarii.**
p. 161, l. 23 *pro* (f. 1) *lege*: (f. I); l. 27 *pro* (f. II) *lege*: (f. Iv).
» **434,** p. 162, l. 13 *pro* ep. 30 *lege*: ep. 38; l. 15 *pro* 68 *lege*: 6 (?).
p. 165, l. 7 *post* saec. XV medii *adde*: ⟨Ioh. Tortelli⟩.
» **436,** p. 171, l. 6 *pro* *Ἀθανάσιον* *lege*: *Ἀθανάσιος.*
» **437,** p. 175, l. 2 ab imo *pro* M. 38 *lege*: M. 36.
» **438,** p. 177, l. 2 ab imo *pro* in sabbato magno *lege*: in sepulturam Domini.
p. 178, l. descriptionis ultima *pro* 438 *lege*: *438.*
» **440,** p. 184, l. 11 *pro* retributione *lege*: resurrectione; l. 13 *pro* animae *lege*: animarum.
p. 185, ll. 1-2 *pro* Assemanus II *lege*: Assemanus I.
» **441,** p. 187, l. 13 *pro* Lunanus *lege*: Lucianus; l. 15 *post* saec. XV medii *adde*: ⟨Ioh. Tortelli⟩.

Cod. **443**, p. 190, l. 18 *post* Assemanus II, p. 70-74 *adde*: cf. S. G. Mercati in *Biblica* II, 1921, p. 230.

» **446**, p. 194, l. 19 ab imo *post* [6] (ff. 153-156v) *adde*: eiusdem (?).

» **448**, p. 198, l. 10 *ante* (ff. 171-174) *dele*: [1].

» **449**, p. 200, l. 5 ab imo *pro* Lunanus *lege*: Lucianus.

» **451**, p. 204, l. 22 *lege*: s. Nili *; l. 23 *post* M. 79, 1168 B 14-1200 *adde*: de hoc opere cf. I. Hausherr, *Le traité de l'oraison d'Évagre le Pontique (Pseudo-Nil)*, in *Revue d'ascétique et de mystique* XV, 1934, p. 34 ss.

» **453**, p. 207, l. ultima *pro* 1929 *lege*: 1928.
p. 208, l. 6 ab imo *pro* Lunanus *lege*: Lucianus; l. 4 ab imo *post* saec. XV medii *adde*: ⟨Ioh. Tortelli⟩.

» **455**, p. 215, l. penult. *pro* Pii IX *lege*: Pii VI.

» **456**, p. 216, l. 20 *pro* oratio 15 *lege*: oratio 16.
p. 217, l. 8 ab imo *pro* carmen I 1, 33 *lege*: carmen I 1, 32.

» **460**, p. 227, l. 15 *post* saec. XV medii *adde*: ⟨Ioh. Tortelli⟩.

» **462**, p. 229, l. 1 *pro* in sacta *lege*: in sancta.

» **468**, p. 242, l. 19 *pro* F. 468 *lege*: F. 356v.

» **470**, p. 249, l. 14 *pro* saec. XVIII *lege*: saec. XVII.

» **472**, p. 253, l. 11 *pro* oratio 29 *lege*: oratio 28.

» **475**, p. 265, l. 2 ab imo *pro* 102 *lege*: 202.

» **477**, p. 270, l. 15 ab imo *pro* oratio 41 *lege*: oratio 40.

» **482**, p. 285, l. 11 *pro* II 1, 17 *lege*: I 2, 17; l. 9 ab imo *pro* I 1, 60 *lege*: II 1, 60.
p. 286, l. 13 *pro* II 1, 79 *lege*: II 1, 69.
p. 287, l. 19 *pro* II 1, 5 *lege*: II, 1, 55; l. 11 ab imo *pro* I 2, 37 *lege*: I 1, 37; l. 10 ab imo *pro* I 2, 38 *lege*: I 1, 38.
p. 288, l. 11 *pro* II 2, 23 *lege*: II 2, 21; *pro* M. 38, 95 *lege*: M. 38, 93.

» **484**, p. 293, l. 6 ab imo verba « Liber a ⟨Viviano Brunoro⟩ circa annum 1570 perscriptus » tertiae descriptionis parti praemittenda erant et ideo minutioribus litteris imprimenda.

» **487**, p. 300, l. 9 *pro* oratio 39 *lege*: oratio 38.

» **491**, p. 310, l. 11 ab imo *pro* Lunanus *lege*: Lucianus.

» **492**, p. 313, l. 6 *dele*: et.

» **495**, p. 321, ll. 7-8 *pro* vindetur *lege*: videntur.

» **497**, p. 324, l. 10 *post* Romanus? *adde*: Ioh. Damasc. τοῦ μελῳδοῦ in cod. 511, f. 76.

» **502**, p. 337, l. 23 *pro* 269 *lege*: 259.

» **504**, p. 345, l. 20 *pro* numeris α'-ιζ' *lege*: numeris α'-η'; ll. 5-6 ab imo *pro* AD., ut videtur, 641 *lege*: cf. quae nuperrime scripsi, *La fin inédite d'une lettre de Saint Maxime: un baptême forcé de Juifs et de Samaritains à Carthage en 632*, in *Revue des sciences religieuses* 1937, p. 25-35.

» **505**, p. 352, in principio tertiae partis *adde*: Ex Vat. gr. 1502 descriptus est noster.

» **508**, p. 359, l. 21 *pro* saec. XVIII *lege*: saec. XVII.

» **511**, p. 366, l. 18 *post* **Petri Siculi** adversus Manichaeos et Paulicianos *adde*: (de hoc opere cf. H. Grégoire, *Les sources de l'histoire des Pauliciens. Pierre de*

Sicile est authentique et « Photius » un faux, apud *Académie Royale de Belgique, Bulletin de la Classe des Lettres*, 1936, p. 95–114).

Cod. **532**, p. 394, l. 7 ab imo *pro* Lunanus *lege*: Lucianus.
» **556**, p. 431, l. 9 *pro* Michaias *lege*: Malachias.
» **561**, p. 440, l. 9 ab imo *pro* saec. XVIII *lege*: saec. XVII.
» **563**, p. 446, l. ult. descriptionis *pro* saec. XVIII *lege*: saec. XVII.
» **564**, p. 447, l. 9 *post* Iudae *adde*: 1.
» **565**, p. 449, l. 6 ab imo *post* vexatum *adde*: liber I.
» **568**, p. 455, l. 18 *post* hom. 8 in ep. *adde*: 1.
» **571**, p. 462, l. 17 *adde*: Syllabus membran. anno 1550 posterior (*Io: Chrys: de compuncti|one cordis et alia eiusdem: —* | *· 390 ·*) nuper repertus f. I^v agglutinatus est.
» **576**, p. 484, l. 12 *adde*: Syllabus membran. anno 1550 posterior (*Io: Chrys: sermones contra* | *Iudeos et alia eiusdem* | *· 386 ·*) nuper repertus f. I agglutinatus est.
» **578**, p. 488, l. 6 ab imo *pro* 770 *lege*: 771.
» **579**, p. 494 l. ultima *post* Fratres minores *adde*: et praedicatores.
p. 495, l. 5 *adde*: Cf. quae scripsit H. Gobulovich, Disputatio Latinorum et Graecorum seu relatio ... de gestis Nicaeae in Bithynia et Nymphaeae in Lydia 1234 (Archivum historicum Franciscanum, 1919, p. 423–4).

CODICES VATICANI GRAECI

330-603

CODICES VATICANI GRAECI

330 (olim 230). Saec. XIII-XIV, chart., mm. 327 × 240, ff. IV (I-III add.). 513 (+ 41a. 452a; 512. 513 add.), linn. 36.

Veteris Testamenti librorum historicorum pars prior ex recensione lucianea. [1] (ff. 1-41av) Genesis, [2] (ff. 41av-77) Exodus, [3] (ff. 77v-105) Leviticus, [4] (ff. 105-139v) Numeri, [5] (ff. 139v-172) Deuteronomium, [6] (ff. 172-196v) Iosue (*Δευτερονόμιον, Ἰησοῦς Ναυῆ* cod.), [7] (ff. 197-220v) Iudices, [8] (ff. 220v-223v) Ruth, [9] (ff. 224-257v) Regum I; — (ff. 257v-287) II; — (ff. 287v-318) III; — (ff. 318v-351) IV, [10] (ff. 352-382) Paralipomenon I; — (ff. 382-424v) II, [11] (ff. 425-436v) Esdrae I et (ff. 436v-452v) nulla distinctione facta, *λόγοι Νεεμίου υἱοῦ Χαλκίου*; — (ff. 453-471) II (in marg. *τῆς β' τῶν παραλειπομένων*. Des. *καὶ ἐπισυνήχθησαν. ἐν τῇ ἡμέρα τῇ δευτέρα — τοῦ συνιέναι πάντας τοὺς λόγους τοῦ νόμου*), [12] (ff. 471-487v) Iudith, [13] (ff. 488-496v) Esther (*ἤτοι φρουραὶ* add. man. rec.), editio α sive brevior; — (ff. 496v-506v) Esther, editio β (in codice: *ἐσθὴρ δευτέρη* et in margine: *ἔκδο⟨σις⟩ ἑτέρα*), [14] (ff. 507-511v) ⟨Tobit⟩ inc. mut. *καὶ εἶπα τῶι υἱῶι μου* (2, 2), deficit in vv. *ὡς ὤμοσε* (10, 7) ut in recensione codicis B.

In marginibus ff. 224-283 scholia exstant rubro exarata, eadem fere quae in ff. 159-163 codicis Chisiani 30; pleraque ex **Theodoreti** quaestionibus in I et II Regum, duo (f. 231v et 242v: in I Reg. 9, 5 et 17, 12) ex **Eusebi** Onomasticon desumpta sunt.

Codicem efficiebant fasciculi 64 saltem numero, quaterniones, ad angulos dextros primae summae et ultimae imae singulorum paginae a librario graece signati; eodem fere tempore, ut videtur, fasciculi denuo sunt computati litteris georgianis, ex alphabeto *Khutsuri* sive sacerdotum; huius enumerationis vestigia manent haud pauca inde a f. 37 (ႨႤ = 6) usque ad f. 499 (ႣႴ = 64). Fasc. tres priores excisi, saeculo XIV exeunte suffecti sunt (ff. 13. 14 in chartis insiticiis et modulo minore eiusdem sunt qui ff. 1-12 et 15-20 notulis instruxit) et ex tribus facti sunt duo (a ff. 1-8v, b ff. 9-20v). Ex alio libro,

charta et scriptura dissimili, desumptum est fragmentum Tobit (ff. 507-511) iam notatum; libro sic absoluto, manus slavica, ni fallor, novam fasciculorum supputationem duxit ad marginem imam mediam primae et postremae uniuscuiusque illorum paginae, pristina tamen uno numero minorem (ne Tobit quidem iam mutilo excepto; cf. f. 507: ⲓⲗ). Scholia arabica, tam rubra quam nigra, in marginibus exterioribus et inferioribus occurrunt copiosissima in Pentateucho, rariora et pauciora diversaque fortasse manu in sequentibus libris. Excerpta hexaplaria, item graeca scholia, duabus manibus ad margines inscripta, rubra sunt; librorum ornatus variis coloribus renident (e. g. ff. 41av. 140. 172. 197. 220v. 224). Capitulorum numerationem ipse librarius, ad margines superiores et imos una cum lemmatibus, saepius adiecit. Notas, correctiones, emendationes non semel offendes inter quas duo vocabula georgiana, ut videtur (ff. 9 et 77), quinque slavica (f. 21) recensenda sunt. Officinarum chartar. insignia vidimus: ff. 1-20 bovis caput (cf. Briquet 14. 446); f. 512 arcuballista circulo inscripta (cf. Briquet 749); f. 513 manus cui imminet flos (cf. Briquet 10. 790) F. I in schedula agglutinata, *330* et in parmula membr., manu saec. XVI *Veteris Testamenti libri a Ge|nesi usque ad lib. Tobiae | 230.* F. IV πίναξ Allatianus; f 1 imo β̄ (?) ϡ̄ ν̄ (a. 1442 ?). In lacinia ultimo folio averso agglutinata *4 Plu.* Ff. 220 et 224 signaculorum ex corio vestigia.

Codicem nostrum praecipuum editionis Complutensis fundamentum fuisse evincunt acta a Vercellone edita *(Dissertazioni accademiche* 1864, p. 409). Sic describitur: ... *continet Genesim, Exodum ... Iudith, Tobiae fragmentum. Insunt folia quingenta et duodecim ex papyro in nigro. Fuit extractum ex bancho primo bibliothecae communis. Mandatum Pontificis ... registratum fuit in Camera apostolica per D. Franciscum De Attavantes notarium*; cuius nomen *F. de Attavant. Cam. not.* f. 1 imo legitur. In inventario bibliothecae Leonis X (Vat. lat. 3948, f. 21v) anno 1518 digesto, codex in Hispania manere denuntiatur; bibliothecae palatinae eodem anno, die 9 iulii, restitutus est. Divisio textus per capita secundum Complutensem editionem, numeris arabicis indicatur, deest vero inde a f. 198 (Iud. 2); monita ad typothetas passim a f. 184v (e. g. f. 148v *a cruce in crucem virguletur et sic in sequentibus*; f. 436v *primus neemie*).

Temporibus recentioribus, codicem iam numero *108* ab HoP insignitum (*b* in editione Cantabrig.) paucis descripsit, littera *d* signavit et una cum aliis consentientibus edidit Paulus de Lagarde, *Librorum veteris Testamenti canonicorum pars prior*, Gottingae 1883. Cf. A. Rahlfs, *Verzeichnis der griechischen Handschriften des Alten Testaments,* Berlin 1914, p. 248.

Tabulae, quarum prior fracta, et dorsum corio rubro obducta, insignia praeferunt Pauli V et Scipionis Borghese card. bibliothecarii.

331 (olim 237). Saec. XI, membran., mm. 395×314, ff. II (add.). 225, linn. 46 (ff. 166-224 coll. 2, linn. 55).

Veteris Testamenti librorum historicorum pars altera cum scholiis.

1 [1] (ff. 1v-17v) Iosue, [2] (ff. 18-37) Iudices, (ff. 37v-41) Ruth cum catena marginali maxime ex **Theodoreti** quaestionibus desumpta. Alii auctores nominantur: Basilius, Ioh. Chrysostomus, Diodorus, Eusebius, Iosephus, Irenaeus, Origenes, Severus, Theodorus

Mops., Theodulus, Victor, Anepigraphus (cf. catena Nicephori II, 2-276).

2 (ff. 41-41^v) de septem editionibus sacrae Scripturae, de depopulationibus Israelitarum, de nominibus divinis (Catena Nicephori I, *κθ-λα*. Cf. M. 106, 125-128; de Lagarde, *Onomastica Sacra*[2], p. 229-230).

3 [1] (ff. 42-66) Regum I; — (ff. 66^v-87^v) II; — (ff. 87^v-111^v) III (*Σολομῶν βασιλειῶν γ'* cod.) cum catena marginali ex **Theodoreti** quaestionibus et **Procopii** commentario desumpta. Citantur (f. 88) Dionysii epistolae, re vera **Isidori** epist. I 39 et III 219 (M. 78, 205 et 901-904; cf. Ioh. Mercati, *Note di letteratura biblica e cristiana antica*, p. 82-86; Lambec.-Kollar., Commentariorum lib. III, 38-39); — (ff. 112-129^v) IV, [2] (ff. 130-143^v) Paralipomenon I; — (ff. 144-165^v) II cum **Theodoreti** quaestionibus in margine.

4 [1] (ff. 166-171^v) Esdrae I; — (ff. 171^v-180) II, [2] (ff. 180-184) Esther, [3] (ff. 184-190) Iudith, [4] (ff. 190-193^v) Tobit, [5] (ff. 193^v-205^v) Macchabaeorum I; — (ff. 205^v-214) II; — (ff. 214^v-218^v) III cum subscriptione *μακκαβαϊκῶν ἢ πτολεμαϊκῶν*; — (ff. 218^v-224^v) IV cum subscriptione *μακκαβαίων Δ' περὶ σώφρονος λογισμοῦ* et fratrum nominibus.

F. I avulsum ex cod. lat. membraneo saec. XIV binis coll. exarato fragmenta continet ⟨**s. Thomae Aquinatis**⟩ catenae aureae in Iohannem quae hoc ordine se se excipiunt: [a] in Io. 3, 27-31. Inc. *operentur sed remisse*, des. (f. I^v) *ex propria mente* (s. Thomae Aquinatis opp. t. XV, Romae 1570, p. 223, 68-224,57), [b] in Io. 4, 35-38. (f. I^v). Inc., coll. exterior. abscissis, *in seipso sine peccato*, des. (f. I) *Moyses et Helias* (ed. cit., p. 227, 39-228, 28).

Codex quem HoP numero 236 indicant accurate perscriptus est. In ff. 2-165^v contextus sacer mediam singularum paginarum partem occupat margini int. adiacentem, scholia vero, litteris aliquanto minutioribus, partes sup. ext. inf. Deficiente commentario (ff. 122-123^r. 126. 127. 129. 133^v-143^v. 155^v-165), textus biblicus lineis plenis est exaratus. Fasciculi 29 quaterniones (praeter 21 et ultimum binionem) saec. XIV, ut videtur, in margine inf. primae et postremae unius cuiusque fasciculi paginae notati; alia supputatio, numeris arabicis sed priore uno semper numero maior, eadem fere aetate, margini inf. primae paginae singulorum fasc. apposita est. Antiquissimae numerationis vix reliquiae exstant (e. g. ff. 26 et 34). Tituli litteris uncialibus parvis quas dicunt scripti; eorum ornatus, lemmata, litteraeque initiales et alia notabilia sunt rubra. Ff. II. 153^v. 165. 200. 208^v scriptiunculae nulli pretii; item passim notae aetatis posterioris quas accuratius recensere supersedi. F. II^v index contentorum manu saec. XIII-XIV *τάδε ἔνεστιν ἐν τῇ πάρουσῇ βίβλῳ + Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ... μακκαβαϊκόν Γ. Ἰωσήπου λόγος εἰς τοὺς ἁγίους μακκαβαίους. ὁμοῦ λόγοι δεκαοκτώ + δεκαοκτω*. F. 224^v scripsit alius: + *αὕτη ἡ δέλτος ἔχει φίλα διακόσια ἤκοσι καὶ ἕν*. F. III post oratiunculam graecam saec. XIV inscriptam *Visto per mi Ba(r)to(lomeo) Ba(r)della a di 28 luio 1461* (Cf. Reg. gr. 2, f. 326^v; Angelic. 121, f. 277^v in *Studi ital. di filol.*

class. IV, p. 125), deinde manu saec. XVI *Iosue cum scholiis et alia Veteris Testamenti 237 v.* | *331 v.* Ff. 1. 9. 11. 19. 23. 76. 164. 220 margines inf. excisi. De codice egerunt Karo-Lietzmann, *Catenarum graecarum catalogus*, p. 19-20; A. Rahlfs, *Verzeichnis d. griechischen Handschriften d. A. T.*, p. 248-249; Mercati I., *op. cit.*, p. 82 ss. 237 et 238. In sectura inf. libri clausi quaedam exarata sunt quae vix legi possunt.

Tabulae et dorsum obducta corio castaneo scuta exhibent Pauli V et Scip. Borghese card. bibliothecarii.

332 (olim 889). Saec. XIV, chart., mm. 225 × 155, ff. I (add.). 259 (+ 199ª. 221ª. 234ª), linn. 21-27.

Veteris Testamenti libri historici nonnulli. [1] (ff. 1-88) Numeri, [2] (ff. 88-171ᵛ) Deuteronomium (in fine + πεπλήρωται μωσέως ἡ πεντάτευχος), [3] (ff. 172-208) Iosue, [4] (ff. 208-243) Iudices, [5] (ff. 243-247ᵛ) Ruth, [6] (ff. 248-258ᵛ) Tobit, [7] (f. 259) Deuteronomii fragmentum 31, 23 (αὐτοῖς καὶ αὐτὸς) — 32, 6 (οὐκ αὐτός. Cf. supra f. 164).

Fasciculi 33 quibus codex constat quaterniones sunt (si excipias 21 undecim folia amplectentem ut ita liber Deuteronomii absolvatur, 32 binionem, 33 ternionem cui assutum est folium ultimum) ab ipso librario, ni fallor, litteris graecis minio inscriptis in prima uniuscuiusque pagina summa dextrorsum signati; margine exciso, notae plures perierunt et nova supputatio, saec. XV, facta est in margine inf. med. primae et postremae singulorum fasciculorum. Tituli et eorum ornatus, litterae maiores, capitulorum numeri rubro exarati, ab alio fortasse librario. Correctiones, emendationes, supplementa diversae manus adiecerunt (e. g. ff. 10ᵛ. 14. 26. 31. 40ᵛ. 45. 69ᵛ. 70. 94. 125. 132ᵛ. 181. 219ᵛ. 221. 234ᵛ), lineas cancellaverunt (ff. 40. 152. 164ᵛ. 169. 190. 211). Folia complura madore inquinata invenies chartulis tenuioribus indecore refecta. F. 258ᵛ litteris arcanis iteratis Γεωργίου τοῦ Ἀδάμ: +, deinde, litteris tum arcanis tum vulgaribus † ὁ θ(εὸ)ς νὰ τὸν συγχωρέσει ἐκεῖνον ὁποῦ τὸ ἔχει ἀμήν. F. I πίναξ Allatianus. De codice vide sis Rahlfs, *Verzeichnis* ..., p. 249. In sectura inf. libri clausi litterae quaedam appictae sunt.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ioh. Pitra card. bibliothecarii.

333 (olim 238). Saec. XI, membran., mm. 285 × 216, ff. II (II chart.). 145 (+4ª. 107ª), coll. 2, linn. 34.

Regum libri. (ff. 5-38) lib. I (exciderunt 10, 9-11, 2; 16, 20-17, 10; 29, 6-31, 6) des. ἀνέβη τύπτων τὸν ἀμαλήκ; — (ff. 39-69ᵛ), lib. II (exciderunt 11, 3-22); — (ff. 70-107ª) lib. III; — (ff. 108-143) lib. IV.

Praemittuntur (f. 1) capitula libri primi νδ′ numero (in textu autem ξη′), (f. 2) libri secundi ος′ (in textu πς′), (f. 3) libri tertii ξ′ (sic in textu), (f. 4) libri quarti νε′ (sic in textu).

Imagines 104 arte non mediocri pictae textui insertae sunt, quas singulas recensuit et descripsit Iohannes Lassus (*Mélanges d'archéologie et d'histoire*, XIV, 1928, pp. 38-74) omnes phototypice expressas editurus.

Codex belle scriptus. Constabat fasciculis 18 quaternionibus in prima singulorum pagina ima signatis. Folia quinque avulsa sunt (post ff. 14. 22. 37 (duo). 49) unde fasc. 2. 3. 7. ff. septem facti sunt, fasc. vero 5 ternio; praefixa sunt extra supputationem ff. 1-5. Librorum inscriptiones diversis coloribus et auro distinctae sunt, item litterae initiales maximae; litterae initiales maiores et capitulorum numeri quibus dividitur textus sunt aurati. Correctiones et notas adiecit scriba posterior cui et alter codex, ut videtur, praesto erat (e. g. ff. 5^{v}. 7. 11^{v}. 21. 23^{v}. 27^{v}. 36. 37. 43. 45. 45^{v}. 56. 59^{v}. 70^{v}. 76. 108. 117. 122. 123. 131^{v}. 141) quarum, exciso margine, non paucae mutilae sunt; verba abrasa aliquoties invenire contingit (e. g. ff. 17^{v}. 56. 67), postea vero suppleta (e g. ff. 18. 105). Foliorum priorum imagines et scripturam satis corruptas invenies, et interdum folia humore inquinata membranis tenuissimis, chartis aut telis refecta temporibus diversis (e g. ff. 5. 24. 25. 46. 73^{v}). Nota saec. XIV (?) in calce f. 110^{v}; f. 144^{v} imaginis lineamenta.

F. I in scheda agglutinata, manu saec. XVI *Regum lib. IIII | 238*; inferius *N° 3. P^{i} Plu.* F. II (add.) πίναξ Allatianus. F. 145 (chart. add.) continet insertam schedam, manu Io. El. Baldi notulis conspersam quae ad nostrum tamen pertinere non videntur.

Codicem (HoP 244) breviter descripserunt A. Rahlfs, *Verzeichnis ...*, p. 249 et Iohannes Lassus (*op. cit.*) qui lucis ope expressas imagines ff. 16. 22^{v}. 23^{v}. 24. 50^{v}. 199^{v}. 45^{v}. edidit.

Scuta Pii IX et Ioh. B. Pitra card. bibliothecarii.

334 (olim 890). Saec. X-XI, membran., mm. 253×206, ff. II. (add). 246, linn. 23.

Veteris Testamenti libri historici quinque. [1] (ff. 1-60) Regum I; — (ff. 60-111^{v}) II cuius capita suprema hoc ordine sese excipiunt: (ff. 94^{v}-102^{v}) 17, 20. 20, 14 — 24, 11; (ff. 102^{v}-110) 17, 21 — 20, 14; (ff. 110-111^{v}) 24, 11 ad finem libri; post 22, 2 inseritur (ff. 97^{v}-99^{v}) sub inscriptione *ᾠδῆ ψαλμ. ιζ' ἀγαπησ⟨ω⟩* psalm. 17; — (ff. 112-170^{v}) III; — (ff. 171-221^{v}) IV. [2] (ff. 222-246^{v}) Esdrae I.

Codicem in Italia meridionali scriptum fuisse, ornatus et littera initialis maxima (f. 1) litteraeque maiores alibi, flavo colore ea ratione distinctae qua Italo-graeci delectabantur, satis demonstrant. Hunc efficiunt fasciculi 33 quaterniones (si excipias 28. 29 terniones, 22 binionem, 14. 15. 26. 30 septem ff., ultimum ff. 2 constantem); notae a manu post. ut videtur appositae, non semel postea deletae, numeris duobus maiores fasciculis factae sunt ex neglegentia librarii omittentis post ff. 96^{v} et 201^{v} litteras *ιγ* et *κη*. Ex antigrapho turbato et mutilo descriptum codicem fuisse plane ostendunt longiora supplementa correctionesque a duobus scribis exarata (e. g. ff. 32^{v}. 49^{v}. 50. 60. 60^{v}. 82. 94^{v}. 96^{v}. 101. 101^{v}. 104. 116^{v}. 140^{v}. 185^{v}. 186), folia partim vacua (222^{v}. 223), annotatio f. 140^{v} † *ἐνταῦθα λοίπει πολλὰ λόγια τοῦ κειμένου νοῦ καὶ οὐδεν ἐπίσταμε* (sic). Verba cancellata immo vero abrasa invenies ff. 21. 54^{v}. 111^{v}. 169. Folia plura laciniis membran. refecta, tria priora et ultima tineis paullulum perterebrata. F. 223 figura humana delineata.

Inscriptiones aetatem diversas hic et illic reperimus ex quibus satis apparet librum olim fuisse monasterii S. Athanasii in monte Atho. F. 1 in summa et in ima pagina *βιβλῖον τ⟨ῆs⟩ θ' θέ⟨σεως⟩ τρίτον* (cf. e. g. cod. Coislianus 7 in Montfaucon, *Bibliotheca Coisliana*, p. 43). F. 33 *κ(υρι)ε βοή⟨θει⟩ μοι το σω δου(λω) λουκα ἱερο⟨μοναχω⟩*. F. 35^{v} *Πανοσιώτ(α)τ(ε)*

π(ατ)ερ καὶ ἐκκλησιάρχα τῆs ἁγίαs ἡμ(ῶ)ν μο(νῆs) τῆs μ(ε)γ(ά)λ(ηs) λαύραs του αγ(ι)οῦ αθα(νασιο)υ · ιῶν * | κ(ῦρ) μακαριε μὴ μὲ ἐξουδενώσηs οs χω... οι.* F. 60^{v} *Κωνσταντίνω π(ατ)ρι(κι)ω καὶ προνοήτ(η) υγιατ(')ρ( ) [κουράτωρ?] επει τ(ου) ὑποδρ(ο)μου | κ(υρι)εβωη(θει) τὸν σὸν δουλ(ον) Γεωρ(γιον) καὶ νοτ(ά)ρ(ιον) τοῦ περιδόξου* (cf. f. 245^{v}). Capita numeris romanis saec. XVI sunt distincta. F. II^{v} *πίναξ* Allatianus.

In tegumenti dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ioh. Pitra card. bibliothecarii.

335 (olim 891). Saec. XIV, chartac., mm. 206 × 140, ff. IV. 300, linn. 24-28, in II partes (II = ff. 149-300).

1 Veteris Testamenti libri historici quinque. [1] (ff. 1-11) Esther (initio mutilus et corruptus) inde a 2, 5, [2] (ff. 11-24^{v}) Tobit sicut in B, [3] (ff. 24^{v}-50^{v}) Iudith, [4] (ff. 50^{v}-53^{v}) ⟨Susanna⟩ (in cod. *Δανιῆλ ις'*) secundum Theodotionem, cui annectitur, nulla distinctione facta, [5] (ff. 53^{v}-57^{v}) Daniel secundum Theodotionem; deficit in vv. *σίδηρον ἀναμεμιγμένον* (2, 43).

2 (f. 58-116^{v}) ⟨**Michaelis Andreopoli**⟩ liber Syntipae; des. in vv. *παρ' ἐμοῦ ἀκήκοας, αὐτάρκη πε⟨φύκασιν⟩* (ed. Iernstedt, *Mémoires de l'Académie impériale des Sciences de St-Pétersbourg*, VIII^{e} série, Classe historico philologique, tome XI, N^{o} 1, p. 3-129, 11, ubi codex littera *B* insignitus est).

3 S. **Dorothei** doctrinae. [1] (ff. 117-122) doct. XXI seu interrogationes ad Barsanuphium et Iohannem (M. 88, 1812-1821, omissa interrogatione 9 et his in fine additis: *ὁ κ(υριο)s συνέλθη σοι κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ ἵνα καλῶs θεμελιώσηs σου τὴν οἰκοδομὴν ἐπὶ τὴν πέτραν ἥτις ἐστιν ὁ χ(ριστο)s. δώη σοι ὁ κ(υριο)s τοῦ συνιέναι ταῦτα*). Praefigitur argumentum quod inc. *Οὗτοs ὁ μακάριοs Δωρόθεοs,* des. *καὶ ὑπηρετῆσαι κατηξιώθη* (cf. Lambec.-Kollar., lib. IV, 408), [2] (ff. 122-137^{v}) doct. I (M. 88, 1617-1640) praevio argumento *Τοῦ ὁσίου πατρὸs ἡμῶν ἀββᾶ Δωροθέου διδασκαλίαι διάφοροι πρὸs τοὺs ἑαυτοῦ μαθητάs, ἀναχωρήσαντοs αὐτοῦ ἐκ τῶν τοῦ ἀββᾶ Σερίδου καὶ τὸ ἴδιον σὺν θεῷ σηστησαμένου* (sic) *μοναστήριον μετὰ τὴν τοῦ ἀββᾶ 'Ιω⟨άννου⟩ τοῦ προφήτου τελευτὴν καὶ τελείαν σιωπὴν τοῦ ἀββᾶ Βαρσανουφίου,* [3] (ff. 138-146) doct. II, in cod. *λόγοs β'* (col. 1640), [4] (ff. 146-149^{v}) doct. III, in cod. *λόγοs γ'* (col. 1652), [5] (ff. 149^{v}-160) doct. IV et V (col. 1657-1685); omittuntur hoc loco (f. 160, l. 6), antigrapho turbato, 1672 C 9: *μικρὸν εἴτε μέγα* — 1684D 7: *ὀφείλομεν ἔχειν μέν* (cf. infra ff. 168^{v}-176^{v}) et ultima verba, sc. *τῶν εὐαρεστησάντων τῷ ὀνόματι αὐτοῦ,* [6] (ff. 160-170^{v}) doct. VI, in cod. *λογ. ἕκτοs*; f. 168^{v}, l. 12, post vv. *ἰδοὺ τοιαύτη ἐστὶν* [1696 C 13], legitur, nulla distinctione facta, doctrinae IV ultima pars, sc. 1672 C 10 usque ad finem, [7] (ff. 170^{v}-177) doct. V (col. 1676); in locum ultim. vv. (f. 176^{v}) inde a *ὀφείλομεν ἔχειν μὲν* (1684 D 7) legitur conclusio doctrinae VI: *ἡ φύσιs τῆs ἀγάπηs* (1696 C 13; cf. supra f. 168^{v}), [8] (ff. 177-183^{v}) doct. VII, *λόγ. ζ'* cod. (col. 1696), [9] (ff. 184-189) doct. VIII, in cod. *λόγ. η'*

(col. 1708), [10] (ff. 189^{v}-196) doct. IX, *λόγ.θ'* cod. (col. 1716), [11] (ff. 196-203) doct. X (col. 1724), [12] (ff. 203-212^{v}) doct. XI (col. 1733), [13] (ff. 212^{v}-222^{v}) doct. XII (col. 1748), [14] (ff. 222^{v}-230^{v}) doct. XIII, *λόγ. ιγ'* cod. (col. 1761), [15] (ff. 230^{v}-235) doct. XV (col. 1788), [16] (ff. 235-236^{v}) doct. XIX (col. 1808), [17] (ff. 236^{v}-237^{v}) doct. XX (col. 1812), [18] (ff. 237^{v}-238^{v}) <de duobus Dorotheis> (col. 1612-1613), [19] (ff. 238^{v}-246^{v}) de Dositheo abbate. Inc. *Ὁ μακάριος ὄντως ἀββᾶς Δωρόθεος,* des. *κρατῆσαι αὐτὸν τὴν ὑπακοὴν καὶ κόψαι τὸ ἴδιον θέλημα,* [20] (ff. 246^{v}-251) doct. XXII (col. 1821), [21] (ff. 251-255^{v}) doct. XXIII (col. 1829), [22] (ff. 255^{v}-258^{v}) doct. XVI (col. 1793; omittuntur ultima vv. *δι' ἧς εὐαρεστῆται ὁ θεὸς — ἀμήν*), [23] (ff. 258^{v}-260^{v}) doct. XVII (M. 1800-1804 omissis vv. *τοῖς τε πρὸς τὸν θεὸν — ἡμῖν ἐν πᾶσι,* 1804 C 5-11, sed addita doxologia).

4 (ff. 261-281) s. **Iohannis Chrysostomi** * homilia de Spiritu Sancto, *λεχθεῖσα κυριακῇ μετὰ τὰ φῶτα* cod. (M. 52, 813-826). Add. in fine *ἐτίμησε τὸ πλάσμα τὸ σόν, ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρὸς καθίσας· καὶ σὺ τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, ἐν τάξει δούλου ἔστησας. ταῦτα ὁ σωτήριος νόμος ὑπαγορεύει, προφῆται φθέγγονται, ἀπόστολοι θεσπίζουσι, μάρτυρες ὁμολογοῦσιν, εὐσεβεῖς πιστεύουσιν, ἡ ἐκκλησία συντίθεται, ἡ ἀγνωμοσύνη μάχεται, ὁ πιστὸς πεπληροφόρηται, ὁ Χριστὸς δοξάζεται· αὐτῷ γάρ ἐστιν ἡ δόξα κ. τ. λ.*

5 (ff. 281^{v}-300) **Maximi Planudae** oratio in sepulturam Domini (M. 147, 985-1016).

6 (f. 300^{v}) de nuptiis vetulae cuiusdam cum iuvene. Inc. *Ἰδοὺ παρ' ἡμῖν ἀπὸ λαμπρᾶς τῆς τύχης,* des. *φέρων ὅ φασιν τοῖς γάμοις ἅλας.*

Constat codex ille tribus libellis, eodem tempore in unum compactis, ab eodem fortasse scriba exaratis; uniuscuiusque illorum fasciculi litteris graecis ad angulos primae et ultimae paginae signati sunt. Liber I (ff. 1-116^{v}) fasc. *ιε'* quaternionibus constabat; fasc. *α'* folia duo priora perierunt; folia duodecim quae sequebantur madore conspurcata et terebrata, ne funditus interirent, tenuissima tela recens obducta sunt. Ex oscitantia glutinatoris fasciculi *δ'* ordo turbatus est hoc modo: 22. 26. 24. 25. 23. 30. 28. 29. 27. 31; folia duo postrema (post f. 116) quae effluxerunt, aetate posteriore, chartis suppleta sunt. Librum II (ff. 117-260^{v}) efficiunt fasciculi 18, lib. III fasc. 6. Tituli, litterae initiales sunt rubrae. F. 161 litteris inter se colligatis inscriptio brevissima quam intelligere nequivi ... *τοῦ κρατ* (?). Ff. 179^{v}-180 scriba quidam notissima illa bis adscripsit: *ὥσπερ ξένη χαίρὸντὲς κ. τ. λ.* F. 220^{v} *εδιαβασεν ὦ κηριὰκος τον διμητρι μὶνιοὺ ενοπριοὺ β.* F. 298 + *εἰς τὰς ις τοῦ νοέμβριου ἐγίνετον μετάθεσις εἰς την Χερσωνα.* Eiusdem manus f. 300 *εἰς τὰς η'* (?) *τοῦ αὐγ(ου)στ(ου) ἐδανήστειμεν ὑπέρ(ὑπέρπυρα?) γ ἀπὸ τῶν ἀνσ(έλμου?) πταρουλα* (?) *του Γαβριῆλ.* F. 300^{v} ... *εἰς ἔτους ,ϛ ϡ μ ϛ'* (= 1438) *μηνὶ δικερίω κϛ' ϛ' ὥρα τῆς ἡμερας*. F. I *Mardochei,* al. manu *N°. 497 | 8 Plu;* f. II *πίναξ* Allatianus. In sectura inf. libri clausi prioris partis *παλαὶ καὶ δελ...* De codice vide J. Graeven apud Jernstedt, *op. cit.*, p. II; Rahlfs, *Verzeichnis* ..., p. 249.

In tegumenti dorso scuta Pii IX et Ioh. Pitra card. bibliothecarii.

336 (olim 239). Saec. XI, mm. 246 × 191, ff. III (II. III chart.). 195, linn. 25.

Veteris testamenti libri poetici nonnulli.

[1] (ff. 1-40) I o b ex antigrapho perturbato, hoc ordine [a] (ff. 1-9^v) 1-9, 34^b: *ὁ δὲ φόβος αὐτοῦ,* [b] (ff. 9^v-18 ult. lin.) 31, 39^b: *κυρίου τῆς γῆς* — 40, 27: *μνησθεὶς πόλεμον,* [c] (ff. 18 ult. lin. — 37^v) 9, 34^b: *μή με στροβείτ⟨ω⟩* — 31, 39^b: *εἰ δὲ καὶ ψυχὴν,* [d] (ff. 37^v-40) 40, 27: *τὸν γινόμενον ἐν σώματι κ. τ. λ.* Adiectae sunt marginibus ff. 1. 2^v. 15. 39 notae de lectionibus magnae hebdomadis; f. 7. (ad 7, 11) in marg. ext. *C' καγω ουν,* [2] (ff. 40-79^v) P r o v e r b i a cum ordine lectionum inde a feria IV primae hebdomadis; in fine post *ὁ ἀνὴρ αὐτῆς* add. *τέως ὅτι ὁδοὶ ἀνδρὸς προ προσώπου αὐτοῦ πορεύσονται καὶ κατορθώσουσιν αὐτῷ τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος,* [3] (ff. 79^v-92^v) E c c l e s i a s t e s; in fine + *ἐκλησιαστῆς* + *στίχοι ϡνγ,* [4] (ff. 93-99) C a n t i c u m c a n t i c o r u m; in fine + *ἄσματα ἀσμάτων* + *στίχοι τνγ'.*

2 *'Αδιάθετα.* [1] (ff. 99^v-122) S a p i e n t i a, *σοφία Σολομῶντος* cod., [2] (ff. 122^v-136^v) P s a l m i S a l o m o n i s; in fine *Σολομῶντος ψαλμοὶ στίχ(οι) ϡν',* [3] (ff. 136^v-194^v) S i r a c h i d e s, *σοφία 'Ιησοῦ υἱοῦ Σιράχ* cod., ex antigrapho mutilo; omittuntur 8, 5^b — 11, 9 (cf. f. 145^v notam rec. *λείπει πολλά*).

Ff. I. 195 decerpta ex libro latino maioris formae saec. XV binis coll. exarato ⟨**Bernardi Compostellani** lecturae aureae super lib. I Decretalium⟩ fragmenta quattuor continent hoc ordine: (f. I) in 3, 28. Inc. ... *Si autem partes consentientes* (Perillustrium doctorum in lib. Decretalium commentarii ... Venetiis 1588, p. 164^v) des. *quoniam ad impetrandum requiritur,* (f. I^v) in 3, 28-30. Inc. *fol. de post. l. I § si,* des. *una tantum vice oportet facultatum* (op. cit., p. 165^v), (f. 195) in 3, 38. Inc. *aequitati. quod autem dixi* (op. cit., p. 171^v-172), des. *quia exceptio haec soli ⟨capitulo⟩,* (f. 195^v) in 3, 36-38. Inc. *clericis ad minores clericos,* des. *primo vacabit* (op. cit., p. 171-171^v); eiusdem codicis sunt laciniae duae tabulis inter. agglutinatae; aliud fragmentum in cod. 185, ff. I. 202 et in cod. 354, f. 235.

Codicem efficiunt fasciculi 24 quaterniones (praeter ultimum quinionem ut absolveretur opus) ad angulos exteriores primae et postremae singulorum paginae ab ipso librario graece signati; marginibus olim forfice resectis, nonnullae perierunt notae. Tituli et eorum ornatus, litterae initiales maiores rubro colore inscriptae. Correctiones, supplementa, notas passim offendes a librario (f. 89), et a scriba longe posteriore appositas (praesertim in Sapientia et f. 140). Inscriptiones recentis aevi abrasae in ff. 80^v. 97; aliae manent integrae, quas recensere debemus: f. 39^v + *ἐγεννήθ(η) ὁ αδελφός μ(ου) κῦρ δημήτριος ὁ ἀδριανὸς ἐν ἔτει ,ϛ^ω ϡ^ω κ^ω α^ω ἰνδ.* (num. om.) [a. 1413] *κατὰ μῆνα μαΐον ἡμέρα κυριακή:* — *τὸ δὲ ἐπιὸν ἔτος, ἔλαβα κἀγὼ τὴν γυναῖκα ἐν τῇ ἡμέρα τοῦ ἁγίου πν(εύματο)ς*; f. 40 + *ἐκοιμήθ(η) ἡ κυρία μου ἡ μή(τη)ρ μου, ἐν ετει ,ϛ^ω ϡ^ω κ^ω ζ^ω ἰνδ. ιβ'* [a. 1419] *κατὰ μῆνα φευρουάριον. τῇ τριακοστῇ α^η* (sic) *τοῦ αὐτοῦ μηνὸς ἡμέρα τρίτ(η) ὥρα ζ^η τῆς νυκτός.* F. 40^v haec habentur inter

binas columellas distributa: [a] *ὁ πρωτόγερος σιτ(α)ρ(ίου?) δεμάτια λ* | *ὁ φαράντζης ἀπὸ τὸν μιχ(αη)λ δεμάτια κ* | *ὁ χαλκὸς σιτ(α)ρ(ίου?) δεμάτια κ* (*κ* inter lineolas ut etiam ad sequentia spectet) | *τοῦ μιχ(αη)λ τοῦ ἀνατολικοῦ σιτ(α)ρ(ίου?) δεμάτια* | *τὸ μέγαν τὸ χωράφην.* [b] *ὁ παφλάγος βρόμ(ης) δεμάτια* | *ὁ μερκουρ. τοῦ μιχ(αη)λ βρόμ(ης) δεμάτια κ* (qui numerus etiam ad sequentia pertinere videtur) | *τοῦ ράνδατ. τὸ χωράφ(ην) ὅλον κριθ(α)ρ(ίου?) δεμάτια.* Imagunculam animalis reperies f. 17.

F. 112ᵛ in calce *Impatoria*(?). F. I manu saec. XVI *n. 239* | *n. 336*. F. III (add.) *πίναξ* Allatianus. De codicis (HoP 253) singularitate vide E. Klostermann, *Analecta zur Septuaginta, Hexapla und Patristik*, 1895, p. 17–29; H. B. Swete, *The Old Testament in Greek* 3, XVII et A. Rahlfs, *Verzeichnis* ..., p. 249.

In tabulis et dorso corio rubro obductis exstant auro impressa stemmata Pauli V et Scipionis Borghese card. bibliothecarii.

337 (olim 893). Saec. X, membran., mm. 185 × 138, ff. I (chart., add.). 290, linn. 20, in duas partes (II = ff. 143–290) dispertitus.

Veteris Testamenti libri poetici sex. [1] (ff. 1–70ᵛ) Iob, [2] (ff. 71–130) Proverbia cum addit. *ὅτι ὁδοὶ ἀνδρὸς — αἰώνων* (cf. supra cod. 336), [3] (ff. 130–150ᵛ) Ecclesiastes, [4] (ff. 150ᵛ–160) Canticum Canticorum, [5] (ff. 160ᵛ–195ᵛ) Sapientia, *σοφία Σολομῶντος* cod., [6] (ff. 196–289) Sirachides, *σοφία' Ιησοῦ υἱοῦ Σιράχ* cod. cum add. (50, 29) *καὶ τοῖς εὐσεβέσιν ἔδωκεν σοφίαν. εὐλογητὸς κύριος εἰς τὸν αἰῶνα γένοιτο. γένοιτο.* Adduntur in paginis 289 et 289ᵛ olim vacuis, manu saec. XIV [a] (f. 289) *κοντάκιον* canonis matutini dominicae s. Thomae (Pentecostarium, ed. Romae, 1883, p. 52), [b] (f. 289ᵛ) <**Epiphanii monachi**> enarratio Syriae ab editis paullo diversa. Inc. *πρότον μὲν περάσαντες ἀπὸ τῆς Κύπρου ἤλθομεν εἰς Τύρον,* abrumpitur in vv. *ὅπου εὑρέθησαν οἱ τρης σταυροι. ἐπανω* (M. 120, 260–261 A6).

Liber belle scriptus. Fasciculi 37 quibus constat, graece signati ad angulos interiores primae et postremae singulorum paginae, sunt quaterniones, si excipias 9 ternionem et ultimum binionem. Ipsius librarii sunt quaedam correctiones (ff. 19. 46. 53. 59. 163ᵛ). Scripturam nonnunquam evanidam scriba longe posterior restauravit. F. 290 additicium e codice binis columnis, saec. XI ni fallor, exarato, avulsum et lotum ad novam scripturam recipiendam; in cuius parte aversa index latinus, manu saec. XVI, digestus est. F. I *πίναξ* Allatianus. Libris clausis, legitur in sectura inferiore primi *ιωβ εκκλη* secundi, *Ασμα σιραχ*. De codice (HoP 254) pauca apud Rahlfs, *Verzeichnis* ..., p. 249.

Tegumenti dorsum scutis Leonis XIII et Ioh. Pitra card. bibliothecarii distinguitur.

338 (olim 892). Saec. X, membran. mm. 238 × 289, ff. II (I chart. add.). 185 (+ 52ᵃ. 116ᵃ), ff. 2–4. 158 binis coll., linn. 15–62.

Iob cum catena, praemissis (ff. 2–4) prologis 1–4. 9–11 (Karo-Lietzmann, Catenarum graecarum catalogus, p. 320 et 323: Catenae in Iob I c).

Auctores nominantur Apollinaris, Basilius, Clemens, Cyrillus, Didymus, Dionysius Areopagita, Evagrius, Eusebius Caesariensis, Gregorius Nyssenus, Gregorius Theologus, Iohannes Chrysostomus, Iulianus Halicarnassensis, Methodius Sideta, Olympiodorus diaconus Alexandriae, Origenes, Polychronius, Severus, Theodorus Mopsuestenus, Theophilus Alexandrinus. Inter lineas textus sacri multae ascriptae sunt notae Symmachi, Aquilae et Theodotionis (Field *255*; Klostermann, *Analecta*, p. 69-74).

Liber diligenter scriptus. Constat fasciculis 32 quaternionibus (excepto ultimo binione) superius in angulo primae singulorum paginae dextrorsum signatis. Ex causa nescio quam, ordo foliorum inde a f. 200 turbatus est; quem sic restitues: 201–208. 200. 211–216. 209. 210. 219–224. 217. 218. 227–232. 225. 226. 235–240. 233. 234. 242–247. 241. In calce libri ipse scriba adiecit: *τὸν τοῖς λόγοις λέγοντα τοῖς τοῦ βιβλίου. | τὸν δακτύλοις γράψαντα. τὸν κε|κτημενον. φύλατται* (*τε* corr.) *τοὺς τρεῖς. | ἡ* (*ὦ* corr.) *τριὰς πάσης βλάβης.* Sequitur eadem posteriore manu quae plurima marginibus inscripsit, nonnulla erasit (f. 187ʳ fere dimidium) et emendavit, omnia vero indecore: *τ(ον?) πρϊάμε(νον) τήνδε τὴν βίβλον καὶ τὸν ἀναγιγνωσκόντα ταύτην καὶ τὸν γράφοντα τὰς τῶν λε|λέξεων* (sic) *ἐπισημασίας ὦ φύσει ἁγία τριάς. ἐξάντη πόισον* (sic) *αὐτὸν πασης ἐπηρείας σατανικῆς.* Latinam interpretationem inter lineas ff. IIIʳ. 4–9ᵛ (de cael. hier. capp. 1 et 2) adiecit vir quidam doctus saec. XIII, ille fortasse frater Thomas cuius nomen f. 1 imo legitur: *Quatuor volumi(na) g(r)eca reliq(ui)t fr. Thomas h'. s. (hi sunt?)* ꝗ *examerou basilii* ꝗ *om(ne)s libros dionisii ariopagite* ꝗ *vitas p(at)r(u)m* ꝗ *et s(er)mones ioh(ann)is g(r)isostomi cu(m) s(er)monib(us) alior(um) s(an)c(t)orum m(u)ltoru(m).* Inter libros graecos bibliothecae Vaticanae codicem exstitisse et recensitum fuisse conicitur ex iis verbis inventariorum an. 1295 sub Bonifacio VIII: *420 item Dyonisius super celesticam jerarchicam in greco* et an. 1311, Clemente V summo Pontifice: *599 item librum Dyonisii super celesticam gerarciam scriptum de lictera greca in cartis pecudinis et habet antiquas glosas in marginibus et est in tabulis cohopertis de panno tartarico laborato ad compassus cum quinque clausoriis de serico fornitis de argento.* (Cf. F. Ehrle, *Zur Geschichte des Schatzes, der Bibliothek und des Archivs der Päpste im vierzehnten Jahrhundert* in *Archiv f. Litt. – u. Kirchengesch. d. Mitt.*, I, 1885, p. 40; cf. eiusdem Historia Bibliothecae Romanorum Pontificum, t. I, 1890, p. 96; J.-L. Heiberg, *Les premiers manuscrits grecs de la Bibliothèque papale. Extrait du Bulletin de l'Académie Royale Danoise des Sciences et des Lettres pour l'année 1891*, Copenhague 1892, p. 307 [5]). Folia tria ultima humore inquinata non sine scripturae damno; f. 250 margo turpiter refectus. F. I in schedula membran. agglutinata manu saec. XVI *Dionysius Areopagita de | coelesti hierarchia et alia eiusdem | et aliorum | 253.* F. Iᵛ nota paullo antiquior *Dionysii Areopagitę op(e)ra*, atque alia manu *expositio in Apocalypsim*; inferius *N̊. 23* (quem obduxit parmula chartac. cum numero *139*). *3 Plu.* F. II *nº nuouo 370.* F. IIᵛ *πίναξ* Allatianus.

In dorso tesserae gentiliciae Leonis XIII et I. B. Pitra card. bibliothecarii.

371 (olim 579). Saec. XI-XII, membran., mm. 239 × 197, ff. II. 189.

Ps.-Dionysii Areopagitae opera cum scholiis **Maximi** monachi et **Germani** patriarchae si fides habenda notae posteriori f. 5 appositae: *ση(μείωσαι) ὅτι ὅσα μὲν ἔχουσιν ἀριθμὸν σχόλια εἰσὶ Γερμανοῦ πατριάρχ(ου), ὅσα δὲ ἄνευ ἀριθμοῦ Μαξίμου μοναχοῦ* (cf. Marcianus 143 in Zanetti, p. 81; M. 3, 70 et 98, 88; cod. Vat. 504, f. 25). Praemittuntur [a] (f. II–IIᵛ) *ἑρμηνεῖαι λέξεων* libri (M. 4, 23–28) manu sequiore perscriptae, [b] (f. 1) *πίναξ* contentorum, index operum Dionysii deperditorum quae in exstantibus memorantur: *ἐπισκεπτέον ὅτι καὶ ἑτέρων αὐτοῦ πραγματειῶν μνήμην ποιεῖται ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ ...,* [c] (f. 1ᵛ–3) <**s. Maximi**> prologus (M. 4, 16–21), [d] (f. 3) ex scholiis diligentissimi viri (M. 4, 21 D–24 A), cui fragmento adiungitur nulla distinctione facta [e] (ff. 3–3ᵛ) supplementum quoddam (ed. Florentina, p. a vi: *ἐπειδὴ δέ τινες φασίν — ὡς ἐφικτὸν Θεῷ*).

[1] (ff. 5–44ᵛ) de caelesti hierarchia (M. 3, 120–340) praefixis capitulis et epigrammate (M. 3, 116 C 11–D 1), [2] (ff. 45–125ᵛ) de divinis nominibus (M. 3, 586–984), [3] (ff. 126–166ᵛ) de ecclesiastica hierarchia (M. 3, 369–569), [4] (ff. 166ᵛ–171ᵛ) de mystica theologia (M. 3, 997–1048), praemissis duobus versibus (ed. Flor., p. u iii). Hisce tribus posterioribus libellis praefiguntur (ff. 43ᵛ–44ᵛ) capitum tabulae (ed. Flor., p. g iᵛ, o vi, u iiᵛ); quibus additur *ἰστέον ὅτι μετέχ(οντα?) τοῦ ϛ' κεφα(λαίου) εἰσὶν ἕτερα κεφάλαια ρ' ταῦτα· α' πῶς ὑπερούσιος ὁ θεὸς — ρ' ὅτι ἡ λογικὴ ψυχὴ αὐτὴ καθ' ἑαυτὴν ζῇ. τοῦτο δὲ ἀληθές. καθ' ὃ καὶ ἀθάνατός ἐστιν,* [5] (f. 171ᵛ–189ᵛ) epistolae 1–10 (M. 3, 1065–1120). Margines exteriores occupant scholia (M. 4, 29–576).

Liber accurate perscriptus; constat fasciculis 24 quaternionibus (excepto decimo ff. 7, ultimo pare ff.) ad angulum ext. primae singulorum paginae litteris *α'–⟨κδ'⟩* signatis; quibus ab ipso scriba praefixus est, extra supputationem, binio (ff. 1–4).

Folia I. 1–4 integra rubro colore sunt exarata; item inscriptiones, ornatus, capitum tabulae, scholiorum numeri et litterae initiales maiores, maximae vero auro tactae sunt. Quaedam (e. g. ff. 5. 67ᵛ. 68. 141. 184. 189ᵛ) addidit, ni fallor, Neophytus monachus, saec. XIV libri possessor, ut satis demonstrant inscriptiones f. Iᵛ (inversi, olim, ut videtur, in fine) et IIᵛ: *ἡ βίβλος ἥδε πέλ(ει) ἐμοῦ Νεοφύτ(ου)* [*τάχα καὶ* add. f. IIᵛ] *ἱερομονάχου.* F. Iᵛ diversa manu [1] *+ βρασίδας,* [2] *+ ἠσὶν ὁμοῦ τὰ φηλά τοῦ βίβλησυ ρπη'* et [3] *+ ἐπληρωθην τὸ παρον βιβλήων δία χειρος | οδηνα ἐτοῦς τὸσους | Νικόλαος νικ(συμ?* al. m.). Glossarii f. II litterae haud paucae rubro paullo tenaci exaratae et iam evanescentes, aetate recentiore atramento renovatae sunt. In ff. 53ᵛ. 55ᵛ, manu Neophyti fortasse, notulae adversus Latinos. Emendationes, correctiones in ff. 7ᵛ. 9. 14ᵛ. 39. 119ᵛ. 145. Signaculorum vestigia in ff. 19. 23. 26. 45. 75. 96. 125. 167. F. IIᵛ *πίναξ* Allatianus; f. 1 summo manu saec. XVI in. ***Dionysius de Hierarchia 151.*** Tabulae anteriori aversae agglutinata est schedula membran. inscriptionem manu saec. XVI prae se ferens ***Dionysius areopagita | cum scholiis | 579.*** Codex in bibliotheca Apostolica asservatus videtur inde a Nicolai V temporibus (Müntz et Fabre, *La Bi-*

bliothèque..., p. 329: « Item unum volumen de forma mediana de pergameno, copertum corio rubeo, quod intitulatur Sancti Dionisii de Hierarchia »).

Integumenti tabulae saec. XVI in. corio castaneo signato obductae, fibulis catenaque olim instructae; in fronte tabulae ant. *DIONYS DE coel. hierarch.*; in dorso eadem manu qua in f. 1 *Dionysius de celesti hierarchia*; in sectura inf. libri clausi litterae *F. F.* In dorso atque in tabula anteriore schedula chartacea saec. XVII, in qua nota rubra *371*.

372 (olim 576). Saec. XIV ex., chartac., mm. 285 × 223, ff. I. 440 (440 add.), linn. 30–35, ex duobus conflatus (II = ff. 224–440).

1 (ff. 1–223) **Ps.-Dionysii Areopagitae** opera cum paraphrasi **Georgii Pachymerae** *ἱερομνήμονος τῆς ἁγιωτάτης τ. θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας... ἐκ προτροπῆς τ. ἁγιωτ. πάπα καὶ πατριάρχου Ἀλεξανδρείας κυροῦ Ἀθανασίου ἐπιδημοῦντος τῇ Κωνσταντίνου* [f. 6]. Praecedunt [a] (ff. 1–2) ⟨**s. Maximi**⟩ prologus (M. 4, 16–24) cum (f. 2ᵛ) supplemento (ed. Florentina, p. a vii; fusius in codice) et (f. 3) scholion de operibus deperditis quae in exstantibus memorantur, [b] (ff. 3–4) interpretatio *λέξεων* (M. 4, 23–28), [c] (ff. 4ᵛ–5ᵛ) capitum tabula sub titulo: *ἔμπροσθεν γέγραπται κεφάλαια ιγ' περιέχει(ν* corr.) *τὸν περὶ θείων ὀνομάτων λόγον: + ἰστέον οὖν ὅτι ἕως τοῦ ς' κεφαλαίου, ἕτερα εἰσὶ κεφάλαια ρ', ὡς ὑποτέτακται* [cf. cod. 371, f. 43ᵛ], [d] (f. 5ᵛ) index huiusce libri.

[1] (ff. 6–65ᵛ) de caelesti hierarchia (M. 3, 108–369), quam concludunt versus duo *⟨ἀ⟩γγελικῶν γραφίδων — ἄστρον* (cf. M. 3, 116), [2] (ff. 66–152ᵛ) de divinis nominibus (M. 3, 585–996) praefixo indice (ed. Flor., p. g iᵛ), [3] (ff. 153–195ᵛ) de ecclesiastica hierarchia (M. 3, 369–584), [4] (ff. 195ᵛ–202ᵛ) de mystica theologia (M. 3, 997–1064); haecce duo opera praecedunt capitula, sequuntur versus duo (ed. Flor., p. o vi; o viᵛ, 4–5; u iii), [5] (ff. 202ᵛ–223ᵛ) epistolae 1–10 (M. 3, 1065–1120 et 433–508). Praemissa est (ff. 6–8) **Georgii Pachymerae** praefatio (M. 4, 108–116).

2 (ff. 224–439) **Theophanis Nicaeae** episcopi adversus Iudaeos tractatus, in tres sectiones dispertitus. Protheoria rationem totius operis aperiens inc. *Ἡ μὲν πραγματεία πᾶσα τῆσδε τῆς βίβλου*, des. *εἰς κεφάλαια εἴκοσι πέντε.* Sectio prima (ff. 224–278ᵛ) orationibus quattuor constat, hoc est: (ff. 224ᵛ–236ᵛ) orat. I *ἐν ᾧ δείκνυται τοὺς καλουμένους νῦν Ἰουδαίους μηδαμόθεν προσήκειν τοῖς παλαιοῖς Ἰουδαίοις. μήτε κατὰ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, μήτε κατὰ τὴν ἄλλην θείαν λειτουργείαν, μήτε κατὰ γένος, μήτε κατὰ τὴν γλῶτταν. καὶ διὰ τούτου οὐδὲ τῷ Ἰουδαίων ὀνόματι καλεῖσθαι δικαίους εἶναι.* Inc. *Ὁ μακάριος Ἡσαΐας ὁ τῶν ἀπορρήτων μυστηρίων*, des. *τὴν ἀλήθειαν ζητεῖν πᾶσι τρόποις προῃρημένοις*; — (ff. 236ᵛ–251ᵛ) orat. II *ἐν ᾧ δείκνυται μὴ δι' ἕτερόν τι τοὺς Ἰουδαίους τούτους τοιούτοις ἀνηκέστοις καὶ ἀνιάτοις περιβεβλῆσθαι κακοῖς εἰ μὴ διὰ μόνην ἀσέβειαν. καὶ ὅτι ὁ*

μωσαϊκὸς νόμος ὡς εἰσαγωνικὸς καὶ μὴ δυνάμενος τελειοῦν τὸν ἄνθρωπον κατὰ ψυχὴν ἐξεβλήθη παρὰ Θεοῦ. καὶ ἐδόθη ἕτερος ὁ εὐαγγελικὸς ὡς ὑψηλότερος καὶ τελειωτικός. Inc. *Ἀλλ' ὅτι μὲν οὐδαμόθεν πρόσεστι τούτοις,* des. *οὗ τί ἂν γένοιτο δυσσεβέστερον;* — (ff. 251ᵛ–265) orat. III *ἐν ᾧ δείκνυται μὴ ἕτερον εἶναι τὸν ἀντιδοθέντα νόμον τοῦ παλαιοῦ, ἢ τὸ ἱερὸν Χριστοῦ εὐαγγέλιον, τὸ ἀξιόπιστον ἔχον καὶ ἀναντίρρητον, ἐκ τῶν ἐνεργηθέντων παρὰ Χριστοῦ τοῦ δεδωκότος αὐτὸ θεοπρεπῶν σημείων τὲ καὶ θαυμάτων, καὶ νῦν ἐνεργουμένων διὰ παντὸς ἐν πάσῃ τῇ Χριστοῦ ἐκκλησίᾳ, φανερῶν ὄντων πᾶσιν ἀνθρώποις.* Inc. *Ἐπείπερ ὁ λόγος ἀπέδειξεν ἀναγκαίως νόμον ἕτερον ἀντεισαχθῆναι,* des. *τῶν κυμάτων ἐπαναστάσεις τέ καὶ προσρήξεις;* — (ff. 265–278ᵛ) orat. IV *ἐν ᾧ δείκνυται θεόσδοτον εἶναι τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον, καὶ ἀπὸ τοῦδε δυνῆσθαι πάντας ἀνθρώπους καὶ Ἕλληνας καὶ βαρβάρους ἀπὸ τοῦ κτηνώδους καὶ θηριώδους βίου μεταβαλεῖν εἰς τὴν ἀγγελοπρεπῆ πολιτείαν τε καὶ κατάστασιν, ὅπερ ὁ παλαιὸς νόμος οὐδαμῶς ἠδυνήθη. καὶ περὶ τῆς ἐλπίδος τοῦ προσδοκωμένου παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις Μεσία, ὅπως ἐστὶ ματαία καὶ πεπλανημένη.* Inc. *Καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τῆς ἀθέου πολυθείας,* des. *λόγοις καὶ ἔργοις σαφέστατα ἡλίου λαμπρότερον.* Sectio secunda (ff. 279–331ᵛ) *ἐν ᾧ συγκρινόμενον τὸ ἱερὸν εὐαγγέλιον πρὸς τὸν μωσαϊκὸν νόμον εὑρίσκεται πολλῷ μεῖζον καὶ ὑψηλότερον κατὰ πάντα, καὶ μόνον ἑνοῦν καὶ ἐξομοιοῦν τῷ Θεῷ δυνάμενον τοὺς ἀνθρώπους καθόσον ἐφικτὸν αὐτοῖς, ὅπέρ ἐστι τὸ ἔσχατον ἀγαθὸν καὶ ἡ ὄντως μακαριότης.* Constat haec sectio orationibus quattuor, nempe (ff. 279–290ᵛ) orat. V *τοῦ δευτέρου τμήματος ὁ πρῶτος. ἐν ᾧ δείκνυται ἡ θεολογία τοῦ εὐαγγελίου ὑψηλοτέρα τῆς τοῦ παλαίου νόμου καὶ τελεωτέρα. καὶ ὅτι καὶ οἱ θεῖοι προφῆται οὐ μόνον ἐμυήθησαν ταύτην ἐκ θείας ἐπιπνοίας, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις μετρίως παρανοῖξαι τὰ ἀπόρρητα ταύτης ἠξίωσαν ὅσον ἦν χωρητὸν τοῖς τότε καθαροῖς τὴν διάνοιαν.* Inc. *Καλὸν δ' ἂν εἴη καὶ τῇ πρὸς ἀλλήλους παραθέσει,* des. *πιστευθήσεται κατὰ τὴν τῶν χριστιανῶν δόξαν καὶ οὐδὲν ἕτερον;* — (ff. 290ᵛ–304ᵛ) orat. VI *τοῦ δευτέρου τμήματος ὁ βος. ἐν ᾧ δείκνυται καὶ ἔτι ἡ θεολογία τοῦ εὐαγγελίου καὶ ἡ περὶ τὰ θεῖα σοφία καὶ θεωρία πολλῶν μείζων τῆς τοῦ Μωσέως. καὶ ἀπὸ τοῦ γέρα τῆς ἀρετῆς τὸν μὲν παλαιὸν νόμον τὰ τῆς γῆς ἀγαθὰ καὶ ἐπαγγέλλεσθαι καὶ διδόναι, τὸ δὲ εὐαγγέλιον τὴν τοῦ Θεοῦ θεωρίαν καὶ βασιλείαν ἤγουν αὐτὸν τὸν Θεόν. καὶ περὶ προσευχῆς. καὶ ὅπως οἱ θεῖοι προφῆται κατὰ πάντα φαίνονται τοῖς εὐαγγελικοῖς νόμοις ἰθύνοντες τὸν ἑαυτῶν βίον.* Inc. *Ἀλλ' ὅτι μὲν καὶ οἱ θεῖοι προφῆται,* des. *τῶν πολυειδῶν ἐκείνων συμφορῶν τε καὶ πειρασμῶν* (cuius fragmenta sex attulit Allatius, Ioannes Hottingerus fraudis et imposturae manifestae convictus, Romae 1661, p. 187–190, ex ff. 267. 304. 301. 304. 303ᵛ. 304ᵛ); — (ff. 304ᵛ–316ᵛ) orat. VII *τοῦ δευτέρου τμήματος ὁ τρίτος. ἐν ᾧ δείκνυται ἡ σοφία τοῦ εὐαγγελίου ὑψηλοτέρα πολλῷ τοῦ παλαίου νόμου καὶ μόνη θεοπρεπὲς ὄντως δῶρον καὶ τέλειον καὶ ἀπὸ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν αἷς κατακοσμεῖ τὴν ψυχήν, μάλιστα δὲ τῆς ὑπερφυοῦς*

ἀγαπῆς πρὸς τὸν Θεόν τε καὶ τὸν πλησίον. καὶ ὅτι οἱ θεῖοι προφῆται ταῖς εὐαγγελικαῖς ταύταις ἀρεταῖς ἐγκοσμούμενοι φαίνονται. Inc. *Ἐπείπερ ὁ θυμὸς μετὰ τὴν ἐπιθυμίαν,* des. *καὶ θείας τῆς ἐπιθυμίας δηλαδὴ καὶ ἀγαπῆς τῶν ὑπερφυῶν ἀγαθῶν;* — (ff. 316v–331v) orat. VIII *τοῦ δευτέρου τμήματος ὁ τέταρτος. ἐν ᾧ δείκνυνται αἱ εὐαγγελικαὶ θυσίαι τῶν μωσαϊκῶν ἀσυγκρίτως ὑπερκείμεναι.* Inc. *Ἐντεῦθεν ὁ τῶν θυσιῶν λόγος εἰσίτω καὶ δοκιμαζέσθω,* des. *ἀλλὰ περὶ μὲν τῆς ἰουδαϊκῆς θυσίας καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς τοσαῦτα εἰρήσθω* (excerptum f. 323v legere fas est apud Allatium, op. cit., p. 191). Sectio tertia (ff. 332–439) divisa est *εἰς κεφαλαιώδη ζητήματα περὶ τῆς κατὰ Χριστὸν πίστεως κε', ἐν οἷς δείκνυνται οἱ θεῖοι προφῆται προαγορεύοντες τὴν ἐκ πολυθείας καὶ εἰδωλομανίας τῶν ἐθνῶν πάντων εἰς Θεὸν ἐπιστροφὴν καὶ ἐπίγνωσιν. καὶ περὶ τοῦ καινοῦ νόμου τοῦ ἐξ Ἱερουσαλὴμ προελθόντος καὶ δοθέντος πᾶσιν ἀνθρώποις. καὶ περὶ τῆς παντελοῦς ἀργίας τοῦ παλαιοῦ. καὶ ὅπως εἰσὶ σύμφωνοι τῷ θείῳ εὐαγγελίῳ εἰς ὅσα τε διέξησι περὶ τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας. καὶ εἰς τὰ λοιπὰ τῆς καθ' ἡμᾶς ἐκκλησίας ἔργα θεοπρεπῆ καὶ δόγματα.* Caput primum (*Ὅτι εὐκαίρως καὶ κατὰ λόγον νῦν παραχθήσονται αἱ προφητικαὶ ῥήσεις εἰς βεβαίωσιν τοῦ κατὰ Χριστὸν μυστηρίου*) inc. *Ἐπειδήπερ ἐν τοῖς φθάσασιν ἱκανῶς,* des. *περὶ τῆς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων εἰς Θεὸν ἐπιστροφῆς καὶ θεογνωσίας;* caput ultimum (*ἐν τούτῳ δείκνυνται οἱ θεῖοι προφῆται συμφωνοῦντες τοῖς θείοις εὐαγγελίοις, καὶ κατὰ τὸ μυστήριον τῆς κοινῆς ἀναστάσεως τῶν ἀνθρώπων καὶ τῆς οὐρανόθεν φοβερᾶς ἐπὶ γῆς παρουσίας τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου τοῦ κριτοῦ καὶ βασιλέως ἁπάντων καὶ τῆς κρίσεως καὶ ἀνταποδόσεως ἀξίας τῶν πεπραγμένων ἑκάστῳ καὶ τῆς ἐπὶ τὸ ἄφθαρτον ἀλλοιώσεως τοῦδε τοῦ παντός*) inc. *Ἐπεὶ δὲ τὸ ἱερὸν τοῦ Χριστοῦ εὐαγγέλιον,* des. *καὶ πάντα τὸν Ἰσραὴλ σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν χάριτι κ. τ. λ.*

(f. 440v) manu sequiore remedia quattuor graeco barbaro pro angina (*ης την συνάγχι*).

Codex, ut iam dictum est, libris constat duobus, quorum prior ff. 1–223v, alter ff. 224–439 comprehendit. Fasciculi 56 quaterniones (exceptis 19. 25. 42. 56 binionibus, 15 et 52 ff. septem, 43 ff. novem, 28 — quo absolvitur prior liber — ff. undecim). Librarii tres opus suum hac ratione peregerunt: primus (ff. 6–124v) textum Dionysii rubro colore pinxit, quaterniones *α'–⟨ιε'⟩* modo initio, modo in fine litteris signavit; secundus (ff. 1–5, 125–223v) Dionysium litteris crassioribus et virgulis in margine distinxit, fasciculos minime notavit, libros singulos rudi linearum ornatu conclusit, finem operis (f. 223v) verbis + *τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν θ(ε)ῷ, χάρις* instruxit; tertius (ff. 224–439) Theophanis opus perscripsit, sectiones, orationes, capitula rubro colore distinxit, fasciculos 28 in calce primae singulorum paginae supputavit; quarum notarum haud paucae perierunt. Addita sunt a diversis manibus (ff. 101 et 120v) scholia duo s. Maximi (M. 4, 264 A 1–B 1; 308 D 10–309 A 2), (ff. 81 et 83v) notae duae contra Latinos ab eo mox (f. 84) castigata qui Theophanis librum annotationibus variis conspersit saec. XV, ut videtur. Officinarum chartariarum signa: (ff. 8–28) farcimen (Briquet 13599), (ff. 32–124) statera

(cf. Briquet 12402. 12406), (ff. 125–142. 219) circuli duo linea recta coniuncti (cf. Briquet 3194), (ff. I. 145. 198. 220) hircus exsiliens (cf. Briquet 2836), (ff. 153–197 et 224–439) crux latina (cf. Briquet 5614–5618). F. 1 summo manu saec. XV *Laudivius hu(n)c olim e Constantinopoli missu(m) in Leucosia cypri emit* (cf. cod. 212, f. 1) et inferius *Liber est Bibliothecę Ap(osto)licę;* quae omnia codicem integrum qualis nunc est spectare videntur. F. I index latinus ⟨manu Gozadini episc. Zacynthi et Cephalleniae⟩ (cf. Vat. lat. 7173, in calce); f. 1v πίναξ Allatianus.

In dorso, quod est recentius integumento (temporis Pii VI, ni fallor), tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

373 (olim 254). Saec. XI–XII, membran., mm. 251×191, ff. IV (I–III chart.). 410, linn. 20.

Ps.-Dionysii Areopagitae opera.

[1] (ff. 1–86v) de caelesti hierarchia (M. 3, 120–340); cuius operis quinque priora capita scholiis ex illis quae sub Maximi nomine vulgantur excerptis, posterius aucta sunt (M. 4, 29–57 A 2), [2] (ff. 86v–199) de ecclesiastica hierarchia (M. 3, 369–569), [3] (ff. 199–208) de mystica theologia (M. 3, 997–1048), [4] (ff. 208v–359v) de divinis nominibus (M. 3, 585–984). Quibus tribus libellis praefixi sunt capitulorum indices (ed. Florentina, p. o vi, u iiv, g iv); primum et ultimum praecedunt epigrammata (M. 3, 116 D 5–117 A 5), [5] (ff. 360–404) epistolae 1–10 (M. 3, 1065–1120), [6] (ff. 404v–410v) interpretatio λέξεων (M. 4, 23–28).

Liber belle et accurate scriptus in gratiam cuiusdam Augustae, ut liquet ex subscriptione metrica (f. 404) + πέρας μεγίστων ὧδε τῶν μυστηρίων: | τοῦ μυστολέκτου Διονυσίου πέλει: ἐπιστο|λὰς φέρον τὲ τούτου τὰς δέκα: βασιλικῶς | δὲ βασιλὶς ταῦτα νόει: καὶ βασιλεύσεις σὺν χ(ριστ)ῷ τὸν | αἰῶνα: +. Fasciculis constat 52 quaternionibus (exceptis 37. 40 ternionibus et 52, cuius folia duo suprema abscisa sunt) in ima singulorum prima pagina sinistrorsum signatis; quarum notarum haud paucae, resecto margine, perierunt. Exstant, praeter Maximi excerpta, quae saec. XIV videntur addita, emendationes variae ipsius scribae. F. 1 in fronte: ἔτους ,ςωνγ' ἰνδ. ιγ' (= a. 1344–45). In tabula anteriore aversa agglutinatae sunt parmulae chartac. duae, prima cum numero *109*, altera cum numero *112*. F. IV *N° 35 4 Plu.* F. II index contentorum latinus manu saec. XVII. F. IIIv πίναξ Allatianus.

Integumentum corio rubro signato obductum atque olim fibulis munitum; in tabula anteriore exstat auro impressum scutum Pauli III; ibidem et in dorso schedula saec. XVII, in qua nota rubra *373*.

374 (olim 577). Saec. XIII, chartac., mm. 256×171, ff. IV (add.). 246 (+ 79a), linn. 25–30.

Ps.-Dionysii Areopagitae opera cum scholiis ⟨**s. Maximi** confessoris⟩. Praemittuntur [a] (ff. 1–3) ⟨**s. Maximi**⟩ prologus (M. 4, 16–21 C 14), [b] (ff. 3–3v) index codicis, [c] (f. 3v) index operum Dionysian. tum exstantium

tum deperditorum quae hic memorantur, ^{d} (ff. 4–5^{v}) tabula capitulorum libri de divinis nominibus, in qua ad vv. *προγέγραπται κεφάλαια...* (cf. cod. 372, f. 4^{v}), cancellatis vv. *ἐξ ὧν ιγ′ — κεφάλαια ρ′*, alia manus notavit *ἐν τούτοις γοῦν τοῖς τρισκαίδεκα κεφαλαίοις περιέχονται ταῦτα τὰ νοήματα τῶν ρ′ κε. ταῦτα γὰρ εὑρήσεις τὰ ψηφία ἐν τοῖς σχολίοις ἄχρι τοῦ ς′ κεφαλαίου,* ^{e} (ff. 5^{v}–6) ⟨de verbis quibus apud Dionysium personae et res sacrae indicantur⟩. Inc. *Οὗτος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Διονύσιος εἴωθε λέγειν*, des. *καὶ θεωρητικήν*, ^{f} (f. 6) tetrastichon, quod inc. *Μουσαπόλας μελεδῶνας*, des. *ἠγλάϊσας φῦλα*, ^{g} (ib.) epigramma in lib. de div. nom. (M. 3, 117 A 3–6), ^{h} (ff. 6–6^{v}) capitula libri de div. nom. (ed. Florentina, p. g i^{v}), ^{i} (f. 6^{v}–7) scholion (M. 4, 21 D 1–24 A 15, cum eadem additione quae in cod. 371, ff. 3–4^{v} (ed. Flor., p. a vi).

^{1} (ff. 7–98^{v}) de divinis nominibus (M. 3, 585–984; 4, 185–416), ^{2} (ff. 98^{v}–152^{v}) de caelesti hierarchia (M. 3, 120–340; 4, 29–113 D 1); praecedunt capitula et epigramma (M. 3, 116 C 15–D 1), ^{3} (ff. 153^{v}–213) de ecclesiastica hierarchia (M. 3, 369–569; 4, 116–184); praecedunt epigramma *ἀγγελικῶν γραφίδων ἀμαρύγματα* (M. 3, 116 C 15–D 1) et capitula, ^{4} (ff. 213^{v}–219) de mystica theologia (M. 3, 997–1048; 4, 416–432), praemissis capitulis (ed. Florentina, p. u ii^{v}) et vers. duobus (M. 3, 117 A 8–9), ^{5} (ff. 219–241^{v}) epistolae 1–10 (M. 3, 1065–1120; 4, 528–576 A 15), praefixo disticho: *εἰς γνόφον — ἀναφαίνεις* (ed. Vilh. Lundström in *Eranos*, IV, 1900, p. 142 [8]). Sequuntur (f. 242) versus tres. Inc. *Χ(ριστ)ὲ τέκος μεγαλοίο θεοῦ*, des. *σοφίη νόθος ἐκτὸς ἀλάσθω*.

Annectuntur ^{a} (f. 242) epistolae **Polycratis** Ephesini ad Victorem papam excerptum (ed. Florentina, p. z i), ^{b} (ff. 242–244) libelli **Clementis Alexandrini** Quis dives salvetur excerptum (ed. cit. p. z i^{v}–z iii; ed. Bernard in *Texts and Studies*, V, 2, Cambridge 1897, p. 31, 27–36, 3) serius scholio auctum, ^{c} (ff. 244–246) **Philonis** fragmenta septem de vita contemplativa cum additione excerptoris (ed. cit., p. z iii^{v}–v).

Librum currenti calamo exaratum efficiunt fasciculi 31 quaterniones (exceptis 8. 10. 12 ternionibus, 9. 11 quinionibus, 13 ff. novem) ad angulum inter. postremae singulorum paginae signati (e. g. ff. 118^{v}. 134^{v}. 174^{v}. 222^{v}). Ff. 79 et 246 supplevit, ni fallor, Iohannes Honorius a Mallia. In calce f. 112^{v} notavit L. Zaccagni, ut opinor, *deest folium unum*. In fronte f. I nota *181*; f. III–III^{v} *πίναξ* Allatianus; f. IV–IV^{v} index latinus ⟨auctore Gozadino ep. Zacynthi⟩; f. II vacuum. De codice (*G*) pauca apud Bernard (op. cit., p. xxiv ss.).

In dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ioh. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

375 (olim 822). Saec. XIV med., chartac., mm. 179 × 127, ff. XII (in cod. I. I[a-i]; add.), linn. 21–23.

1 Ps.-Dionysii Areopagitae varia. [1] (ff. 1–29) de divinis nominibus excerpta capp. I, 1–4; II, 1. 8–10; III, 1–3; IV, 2–6 (M. 3, 585–701), [2] (ff. 30–43[v]) de ecclesiastica hierarchia c. VII (M. 3, 552–569), [3] (ff. 44[v]–68) epistolae 3. 4. 7. 8, [4] (ff. 76[v]–80) epist. 9 et 10 excerpta (M. 3, 1112 C 15–1113 C 6 et 1117–1120). Inseruntur ⟨**Georgii Pachymerae** paraphrases⟩ in eosdem locos (M. 3 et 4) et (ff. 68[v]–76) ⟨s. **Maximi** confessoris mystagogiae⟩ capp. 9. 20. 24 (M. 91, 688. 696. 701–717). Praeponuntur [a] (ff. I[d-ev]) paschalia annorum 1345–1362, quae alia manus produxit usque ad annum 1366, [b] (ff. I[f-i]) monitiunculae et exempla varia Patrum: (f. I[fv]) in Coloss. 3, 5, (f. I[g]) magni Theodosii (coenobiarchae?), Chrysostomi, Basilii, (f. I[gv]) Metaphrastae, s. Gregori Thaumaturgi, evangelii sec. Matthaeum (?), (f. I[h-hv]) *ἀπὸ τὰ κλημέντια* (= epitome de gestis Petri cap. 124: M. 2, 560–561, (f. I[hv]) s. Alypii, (f. I[i]) *τοῦ φιλή* ⟨in honorem b. M. M.⟩, magni Pauli. Sententiae duae recurrunt (f. 66[v]) sub nomine Bonifatii martyris et s. Melaniae.

2 (ff. 80–82) s. **Marci** eremitae excerptum opusculi V inde a vv. *τὴν μὲν οὖν ἀρχὴν* usque ad vv. *τὸν νοῦν ἐκτυφλούμενοι* (M. 65, 1029 C 12–1033 C 4).

3 Excerpta moralia diversorum Patrum (*ἐκ τῶν ἠθικῶν τοῦ μεγάλου Βασιλείου* cod.) in primis s. Basilii et Ioh. Chrysostomi, hoc ordine: [1] (ff. 83–91[v]) fragmenta homiliarum s. Basilii ⟨in psalmos⟩ [f. 88: ex libro Deus non est auctor malorum = M. 31, 345 C 4–353 A], quorum primum, in ps. 7, inc. *Οἶμαι δὲ ὅτι οὐχ ὁμοίως* (M. 29, 240 A 1); ultimum vero, in ps. 32, des. *τὸν ἀόρατον καθορῶμεν* (M. 29, 329 B 13), [2] (ff. 91[v]–92[v]) fragmenta octo anonyma, exceptis duobus ultimis (f. 92[v]) Maximo et Marco monacho tributis; primum inc. *Αἰσχρὸν γὰρ εὐλογεῖν μέν*, ult. des. *ἀναίτιος προσβολή. τὸ δὲ ἀνίπτοις χερσὶ φαγεῖν, οὐ κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον*, [3] (ff. 93–155[v]) excerpta operum s. Ioh. Chrysostomi, maxime ex «ethicis» homiliarum in N. T., quorum primum inc. *Μάθωμεν τίνα ἐστὶ τὰ κοινοῦντα τὸν ἄνθρωπον* (M. 58, 315, 51). Insertum est [4] (f. 153[v]) fragmentum *ἐκ τῆς πρὸς Θεοδώρητον βασιλέα ἐπιστολῆς τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου Κύπρου* (*sic*) revera, ni fallor, Epiphanii Ticinensis ad Theodoricum Gothorum regem, [5] (ff. 156–157) s. Gregorii Nazianzeni ⟨excerptum orat. 14: de pauperum amore⟩. Inc. *Μεταδῶμεν τῶν ὄντων τοῖς πένησιν*, des. *τὴν ὀργὴν ἐπάγῃ τοῖς ἁμαρτάνουσιν* (M. 35, 885 B 12–889 B 13).

4 (ff. 157–169[v]) **Isaaci** Syri *κεφάλαια διάφορα ἐκλελεγμένα τοῦ ἁγίου Ἰωάννου*

τοῦ Χρυσοστόμου (ed. Marius Besson in *Oriens christianus*, 1, 1901, p. 49–60 et 288–298).

5 [1] (ff. 169v–170) **Palladii** episc. Helenopoleos epistola ad Lausum propositum (Historia Lausiaca, ed. Butler in *Texts and Studies*, VI, 2, p. 6–7), [2] (ff. 170–176) **s. Athanasii** * <syntagma> ad quemdam politicum (M. 28, 1395–1408), [3] (ff. 176–176v) <**s. Maximi?**> de 4 virtutibus cardinalibus. Inc. *Τέσσαρές εἰσι γενικαὶ ἀρεταί,* des. *ὑφ' ἑαυτῶν ἀναλίσκονται,* [4] (ff. 176v–177) **Dorothei** quomodo crucifigitur homo mundo et mundus homini (= doctr. I in M. 88, 1629 C 11–D 8), [5] (ff. 177–178) **s. Ephraem,** de octo cogitationibus (ex nostro codice ed. J. Assemani, t. II graece et latine, Romae 1743, p. 428–429 E 3), [6] (ff. 178–179) <**s. Iohannis Damasceni** de octo spiritibus nequitiae> sub inscriptione *ἕτερον περὶ τῶν λογισμῶν* (M. 95, 80–84 A 3), des. *καὶ πάντων ἀνθρώπων καὶ συνεχῶς μετὰ δακρύων εὔχεσθαι, καὶ ἀπαλλαγήσῃ τοῦ πάθους,* [7] (ff. 179–181) <**s. Ephraem**> de occupationibus monachi (ex hoc codice ed. J. Assemani, t. III graece et latine, Romae, 1746, p. 402–406), [8] (ff. 181–184) G e n e s. (in cod. *ἀπὸ τὸ παλαιόν*) 32, 1–32 et 38, 1–30, (ff. 184–184v) L e v i t i c. 18, 1–30, [9] **s. Ephraem** tractatus octo: [a] (ff. 185–185v) de invidia et aemulatione <I> (versio latina apud Vossium, Operum omnium sancti Ephraem Syri..., t. I, Romae 1589, p. 36–37), [b] (ff. 185v–186) de invidia et aemulatione <II> (Vossius, p. 37), [c] (ff. 186–186v) de eo qui a maledictis et contumeliis alienus est, sub inscriptione *περὶ τοῦ μὴ εἶναι λοίδωρον* (Vossius, p. 38), [d] (f. 186v) de maledicentia et maledicis (Vossius, ib.), [e] (ff. 186v–187v) <de temperantia et continentia> (Vossius, p. 39), [f] (ff. 187v–189) de intemperantia (Assemani, t. I graece et latine, p. 16–18; Vossius, p. 40–41), [g] (ff. 189–190v) <sermo asceticus> (ex hoc codice ed. J. Assemani, t. III, p. 480), [h] (ff. 190v–191) de ebrietate et mulierum consortio fugiendis (op. cit., p. 481). Annectuntur f r a g m e n t a (f. 191) vitae magni Ioannicii, (f. 191v) vitae magni Galactionis, (f. 192) vitae S. Matronae, vitae s. Theodori Studitae, (f. 192v) vitae s. Ioannis eleemosynarii, visionis Iohannis, vitae s. Sabae, (f. 194) vitae s. Nicolai, (f. 194v) vitae s. Eustratii, vitae magni Parthenii Lampsaci, (f. 195v) vitae magni Lucae iunioris *τοῦ ἐν τῷ Στήρι,* (f. 197) vitae Nicephori martyris, vitae magni Martiniani, (f. 198v) Sophronii Hierosolymitani, (f. 199) Gregorii Cyprii, Moysis Aethiopis, (f. 199v) vitae s. Petri Athonitae, (f. 200) s. Ioh. Chrysostomi de ieiunio, (f. 202) s. Ioh. Damasceni <excerptum de his qui in fide dormierunt, n. 19> (M. 95, 264 D 6–265 B 2), (f. 202v) s. Ioh. Chrysostomi de eleemosyna, (f. 203) s. Ioh. Damasceni fragmentum, (f. 203v) eiusdem de sepultura Domini, (f. 204v) s. Ioh. Chrysostomi fragmentum (f. 206v) Constantini archidiaconi

et chartophylacis sanctissimae ecclesiae Constantinopolitanae ⟨de imaginibus⟩ (cf. Mansi, t. XIII, 644 E–645 AB), (f. 207v) Ioannis Zonarae fragmentum.

6 (ff. 208–229) Commentarius de Imagine Deiparae Romana (ed. von Dobschütz, *Christusbilder* in *Texte u. Untersuchungen*, N. F. III, 1899, p. 234**–266**; BHG. 1608). Additum est manu posteriore scholion *τοῦ Μεταφραστοῦ*. Inc. *Τίς δ' ἂν εἴη θύρα μυστικῶς ἐνταῦθα*, des. *περὶ τὸ ὀρθόδοξον ἁμαρτάνοντας*.

7 (ff. 230–233v) s. **Petri** * ad Clementem de amore hominum; exceptum est homiliae XII Clementinae (M. 2, 320 B 7–324 C 11; 328 C 5–D 4) haud paucis mutatis.

8 (f. 234) Isaiae 56, 3b–7; (ff. 234–236) Danielis cap. 7 secundum Theodotionem.

Codicem efficiunt fasciculi 32 quaterniones (exceptis 1. 24. 26. 28 ternionibus, 10 quinione, 31 pare foliorum et 32 nunc ff. septem) tam in fronte quam in calce singulorum ad angulum exter. notati. Ff. 230–233 exaravit manus coaeva. Lemmata, tituli, litterae initiales, numeri in marginibus summis aut imis prius atramento indicata, codice absoluto, loco congruenti et colore rubro sunt apposita. Rubro picta est *πύλη* f. 1. Librum cursim evolventes officinarum chartariarum signa invenimus: (f. 1–145 et 172–183) incerta, (ff. 147–155) florem (Briquet 6322), (ff. 156–165) forfices. F. Id manu saec. XV medii *dionysius Areopagita de divinis no(minibus)*, in calce manu saec. XV *Liber filoxoficus q(u)i d(ici)tur d⟨a⟩masceni | Lunanus Xama* (vel *Xamia*?) *manu p(ro)p(ri)a p(er) d ii* (cf. e. g. codd. 441. 449. 453. 491). F. 1 in marg. ext., manu L. Zaccagni, ut opinor, *Haec sunt excerpta ex Paraphrasi Georgii Pachymerae in S. Dionysium Areopagitam*; f. 2 *τοῦ ἁγίου Μαξίμου τοῦ ⟨ὁμο⟩λογητοῦ*, quibus fere deletis L. A.⟨llatius⟩ adiecit *ἐστὶ τοῦ παχυμέρους*. Ff. XI. XII vacua. Ff. I–II index latinus ⟨a F. Gozadino⟩ digestus; ff. III–IV *πίναξ* Allatianus. Inter libros Nicolai V recensitus fuisse videtur codex (Müntz et Fabre, *La Bibliothèque*..., p. 329 « Item volumen parvissimum de papiro... quod volumen intitulatur Beati Dionisii de diversis nominibus ».

In dorso tesserae gentiliciae Pii IX et Ioh. Bapt. Pitra card. bibliothecarii.

376 (olim 578). Saec. XIV–XV, chartac., mm. 291 × 222, ff. III (I. II add.) 263, linn. coll. ext. circa 45.

Ps.-Dionysii Areopagitae opera, ⟨s. **Maximi** confessoris⟩ scholiis aucta.
1 (ff. 13–105) de divinis nominibus (M. 3, 585–984; 4, 185–416), 2 (ff. 107–156) de caelesti hierarchia (M. 3, 120–340; 4, 29–113 D 1), praemissis capitum indice duobusque versibus *ἀγγελικῆς* — *ἄστρον* (M. 3, 116 C 15–D 1), sequentibus duobus iisdem versibus, 3 (ff. 157–227v) de ecclesiastica hierarchia (M. 3, 369–569) scholiis instructa ab editis (M. 4,

116–184) satis discrepantibus; scholia nonnulla addidit Ioannes seu Iohannes monachus librarius (ff. 157v. 159. 168v. 170. 171v. 178. 182v. 186v. 188v. 189v. 190. 191. 193. 193v. 197v. 198. 200. 201. 201v. 202. 204v. 211v. 212. 213); praecedunt versus duo (M. 3, 116–117); annectitur (ff. 227v–228) epilogus, qui inc. *Τὴν ὑπερκόσμιον ἐπιστήμην*, des. *κρυφιότητα σιγῇ τιμήσαντες*, [4] (ff. 228–234) de mystica theologia (M. 3, 997–1048; 4, 416–432), praemissis epigrammate (M. 3, 117 A) et indice (ed. Florentina, p. u iiv), [5] (ff. 234v–261) epistolae 1–10 (M. 3, 1065–1120; 4, 528–576 non paucis mutatis; in fine epist. 9 et 10 [ff. 259 et 261] leguntur scholia duo Iohannis monachi). Praecedunt versus duo (ed. Lundström in *Eranos*, 4, 1900, 142, 8).

Praeponuntur [a] (ff. 1–3v) interpretatio *λέξεων* (M. 4, 23–28), [b] (ff. 3v–6v) ⟨s. **Maximi**⟩ prologus (M. 4, 16–21), [c] (ff. 6v–7v) index operum Dionysii in hoc libro contentorum (cf. cod. 372, f. 3), [d] (ff. 7v–10v) capitula C de divinis nominibus sub inscriptione: *Προγέγραπται κεφάλαια ιγ' ἔχειν τὸν περὶ θείων ὀνομάτων λόγον, ἐξ ὧν ιγ' κεφαλαίων ἕως τοῦ ἕκτου, ἕτερά εἰσι κεφάλαια ἑκατὸν ὡς ὑποτέτακται* (cf. cod. 374, f. 3–3v), [e] (ff. 10v–11v) Dionysii verba insolentia quibus personae et res sacrae designantur. Inc. *Οὗτος ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Διονύσιος εἴωθε λέγειν*, des. *ἐπιστρεπτικὴν καὶ θεωρητικήν*, [f] (f. 11v) epigrammata duo, quorum prius inc. *Μουσοπόλας μελεδῶνας*, des. *ἠγλάϊσας φῦλα*; alterum in lib. de div. nominibus (M. 3, 117 A), [g] (ff. 11v–12) capita libri de divinis nominibus (ed. Flor., p. g iv), [h] (ff. 12–12v) scholion ⟨diligentissimi viri⟩ (M. 4, 21 D–24 A) cum supplemento (ed. Flor., p. a vi; cf. cod. 372, ff. 6v–7).

Liber diligenter exaratus a Iohanne monacho, qui et scholia complura adiecit, in gratiam Iosephi Bryennii ut ex subscriptione metrica (f. 262) liquet: + *Στίχοι δηλωτικοὶ τοῦ γραφέος τῆς βίβλου καὶ τῶν σχολίων αὐτοῦ τῶν ἔν τι⟨σι⟩ τόποις: — Ἔγραψεν ἡ χεὶρ Ἰωάννου τὴν βίβλον. πτώχου μοναστοῦ τῷ μονοτρόπων βίῳ. τὸ φῶς ἀμυδρὸν ὄψεως κεκτημένου. καὶ χεῖρα δυσκίνητον εἰς γραφὴν τρόμῳ. ταύτην ἀνάγκῃ τὴν βίβλον γεγραφότος. ὡς κωλύμην ἔχοντος ἀμβλυωπίαν. ἔτι τὲ χειρὸς τὸν τρόμον πρὸς τὸ γράφειν. οὕτως ἔχοντα τίς ὁ κινήσας βίᾳ. ἔρως Ἰωσὴφ σεβαστοῦ Βρυεννίου. ὅστις ἔνυξε χεῖρα ναρκῶσαν μόλις. Διονύσιον εἰς τὸ γράψαι τὸν μέγαν. καὶ νοῦν ὅμοιον εἰς σχολίων ἐκθέσεις. προσεθέμην γὰρ καὶ αὐτὸς οὐ φιλενδεικτῶν. ἀλλὰ τῷ πόθῳ τἀνδρὸς χαριζόμενος, τινὰς ἑρμηνείας ἔν τισι τόποις. αἷς ὁ προστυγχάνων, εἰ μὲν ὠφέλιμον ἐν αὐταῖς εὑρίσκει τίς, τοῦ θεοῦ λογιζέσθω τοῦτο. καὶ τῆς τοῦ Ἰωσὴφ χρηστῆς διαθέσεως. καὶ θαυμαζέτω πῶς ἀπὸ σαπροῦ δένδρου, καρπὸς καλὸς γέγονεν. εἰ δὲ τοὐναντίον ἅπαν, ἀποκλαιέτω τοῦ γεγραφότος τὴν ἄνοιαν. διπλῶς ἁμαρτάνοντος ἐξ ἀβουλίας. τῷ τε μὴ νοεῖν καὶ τῷ μὴ νοεῖν ὅτι οὐ νοεῖ. καὶ εὐχέσθω διὰ τοῦτο μᾶλλον ὑπὲρ αὐτοῦ. ἵνα δῷ κύριος αὐτῷ σύνεσιν ὥστε συνιέναι καὶ σχολάσαι. καὶ ἑαυτὸν ὡς χρὴ ⟨γ⟩νῶναι μόνον ἄχρι τέλους. ἀμήν* (Cf. Vogel–Gardthausen, *Die Schreiber...*, p. 209).

Librum efficiunt fasciculi 32 quaterniones (exceptis 10 ff. novem, 14 ff. septem, ultimo ff. trium) tam in prima pagina summa quam in ultima singulorum ima notati. Ff. 1-12 extra supputationem assuta sunt. Tituli, lemmata, litterae initiales ab ipso librario

rubro liquore exarata. Chartae insignia duo: [a] (1-245. 254-260) unicornui caput (cf. Briquet 15789, satis tamen diversum), [b] (ff. 248-253. 263) forfices (cf. Briquet 3668). In calce ff. 129. 157. 262, inscriptiones palaeoslavicae: f. 157 + *Ot sde načina(e)t tlkovanie Iōana mnikha*, hoc est: *Exinde incipit interpretatio Ioannis monachi*; f. 262 *vsěkh vkupě 32 tetradei i 6 listov'*, hoc est *In summa quaterniones 32 et folia 6*. F. I index latinus ‹a F. Gozadino› digestus; f. III πίναξ Allatianus. Ff. II et 263 vacua. F. I in schedula agglutinata nota *376*, inferius *57‹8›. v.* In tabula anteriore et in dorso schedula saec. XVII, in qua nota rubra *376*. In sectura superna libri clausi Διονυσιου...

In tabulis et in dorso, tesserae gentiliciae Pauli V et Scipionis Borghese card. bibliothecarii.

377 (olim 255). Saec. XIV, chartac., mm. 232×152, ff. III (I. II add.). 374, linn. 18-26, in duas partes dispertitus (II = ff. 204-374).

Ps.-Dionysii Areopagitae opera **Georgii Pachymerae** prooemio (M. 4, 108-116) et paraphrasi aucta. [1] (ff. 4-82v) de caelesti hierarchia (M. 3, 120-369), [2] (ff. 83-232) de divinis nominibus (585-996), [3] (ff. 232v-312v) de ecclesiastica hierarchia (369-584), [4] (ff. 313-326v) de mystica theologia (997-1064), omisso primo scholio (1013A). Singulis quattuor operibus praeponuntur capitula et adiciuntur versus *ἀγγελικῶν γραφίδων ..., εἰς νόον ..., σύμβολα ..., καὶ νόον ...* (M. 3, 116-117), [5] (ff. 326v-374) epistolae 1-10 (M. 3, 1065-1120; 4, 433-508) deperditis verbis *ἀλλ' ὅτι ἀπὸ Θεοῦ-καὶ ὁ νηπιάζων* (497 A 5-501 C 3) ex defectu foliorum duorum post f. 365.

Praecedunt [a] (f. III) **s. Gregorii Nazianzeni** carm. II 2, 119 (Basilii M. epitaphia) initia 12 sub inscriptione *ἐκ τῶν ιβ' ἐπιγραμμάτων ἃ ἐποίησεν ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ θεολόγος εἰς τὸν τάφον τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐκφωνηθέντ‹ων›* (cf. M. 38, 72-75), [b] (f. IIIv) sententiae nonnullae ex Proverbiis desumptae. Inc. *Ἐὰν οἰκέτης βασιλεύσῃ* (Prov. 24, 57), des. *μὴ περιέλῃς τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ* (27, 22). Additum est in fine (f. 374) excerptum quoddam de peccati voluntarii malitia. Inc. *Ὅρα τί φησιν ἡ θεία γραφὴ* (Gen. 6, 2. 3. 5), des. *εἰς ὄλεθρον*.

Constat liber ille currenti calamo descriptus ab uno eodemque librario — exceptis ff. I et 374 — fasciculis 45 quaternionibus (praeter 32 et 35 seniones, 20. 27. 34 quiniones, 15 ff. novem, 28 et 29 ff. septem) in prima singulorum pagina summa et ima dextrorsum signatis; ff. I et 374 extra supputationem veniunt. Dionysii textus rubro colore, Pachymerae paraphrasis atramento scripta sunt. Litterae initiales omissae; ff. 366-369 additicia et vacua. Supplementa manus vix posterioris in ff. 124v et 160v. F. 374v Νεόφυτος ἱερομόναχος (καὶ κ... s add.) et nota manu saec. XV *56*, vel folio inverso litterae *g v (?)*, eadem fortasse quae ff. 343-374 numeris 2-29 inferne signavit. F. I πίναξ Allatianus; f. II index latinus ‹a F. Gozadino› digestus.

Inter libros Nicolai V videtur noster iam asservatus (Müntz et Fabre, *La bibliothèque...*, p. 338–339: « Item unum volumen ejusdem formae grossum de papiro, copertum corio nigro, quod intitulatur Comentum Jeorgii super operibus sancti Dionisii »).

In dorso, quod recentius est integumento (saec. XVIII fortasse), tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

378 (olim 256). Saec. XV med., membran. (ff. II. III. chart.), mm. 368 × 252, ff. IV. 204 (+ 184^{a}), linn. 33.

Philonis Iudaei operum tomus alter (t. I = cod. 380). [1] (ff. 1-14^{v}) in Flaccum (ed. Cohn VI, p. 120–154), [2] (ff. 14^{v}–39) legatio ad Gaium (Cohn II, p. 155–223), [3] (ff. 39–41) de iudice (id est de special. legibus lib. IV: Cohn V, p. 221–227), cui subiciuntur nulla facta distinctione, [4] (ff. 41–50) ⟨de humanitate⟩ (id est de virtutibus excerptum: Cohn V, p. 279–320) et [5] (ff. 50–50^{v}) ⟨de paenitentia⟩ usque ad vv. *καὶ συμφέρον αὐτομολεῖν* (Cohn V, p. 321–322, 22), [6] (ff. 50^{v}–63^{v}) de sacrificiis Abelis et Caini (Cohn I, p. 202–257), [7] (ff. 63^{v}–73^{v}) de Cherubim (Cohn I, p. 170–201), [8] (73^{v}–86) de agricultura (Cohn II, p. 95–132), [9] (ff. 86^{v}–98) quod Deus sit immutabilis (Cohn II, p. 56–94), [10] (ff. 98–102^{v}) de gigantibus (Cohn II, p. 42–55), [11] (ff. 102^{v}–119^{v}) de migratione Abrahami (Cohn II, p. 268–314), [12] (119^{v}–131^{v}) de congressu eruditionis gratia (Cohn III, p. 72–108), [13] (ff. 131^{v}–140^{v}) legum allegor. lib. I (Cohn I, p. 61–89); — (ff. 140^{v}–149) lib. II, [14] (ff. 149^{v}–166^{v}) de somniis lib. I (Cohn III, p. 204–258); — (ff. 166^{v}–184) lib. II, [15] (ff. 185–202^{v}) de Abrahamo (Cohn IV, p. 1–60).

Librum hunc atque 380 unum codicem Philonis opera continentem effecisse atque tempore Nicolai V in duos iam dispertitum esse apparet hinc [a] ex indice f. 203: *πίναξ* operum Philonis *λη'*, [b] e fasciculorum notis *κε'–με'*, [c] ex eo quod lineae supremae libelli de Ioseph (f. 1) abrasae sunt; illinc [d] ex inscriptione secturae foliorum apposita et librorum Nicolai V brevi indice. Codicem totum descripserat Iohannes Thessalus ⟨Scutariota⟩ (f. 202^{v}): *θ(εο)ῦ τὸ δῶρον, καὶ θετταλοῦ ὁ κόπος* (cf. Vogel–Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* ..., p. 198); hanc partem efficiunt fasciculi 21 quiniones (exceptis 20 quaternione et 21 ternione, quibus absolvitur opus) in calce primae paginae signati; ex variis dictionibus atque lacunis patet librum ex cod. Monacensi graeco 459 (*A*) vel simili archetypo descriptum esse. Emendationes nonnullae saec. XV in operibus 4. 8. 11; annotationes latinae saec. XV–XVI in ff. 15. 24. 25. 34–36^{v}. Appinguntur f. 1 summo in locum scripturae erasae, quae finem libri de Ioseph continuerat (cf. cod. 380, f. 235) flores serti, auro, rubro caeruleoque coloribus distincti; eodem folio imo, arte satis mediocri, scutum Nicolai V a duobus geniis sustentatum. Antiquioris supputationis a recentiore discrepantis (ff. 57 ss.) supersunt vestigia. F. I nota *14*; f. I^{v} manu saec. XV *Philonii* (corr.[*ni*]*s*) *Istoria utili(* corr. *ssi)ma vite hu(m)ane*; alia manu *N̊ 46 8 Plu*, deinde sub *46* in duobus parmulis chartaceis agglutinatis numeri *484* in superiore, in inferiore *485*. F. III

πίναξ Allatianus; f. IV index latinus ⟨F. Gozadini⟩; in calce ⟨Theocritus IV, 1⟩ et scheda membranacea cum inscriptione manu saec. XVI *Philonis historia de providen|tia divina et alia eiusdem* | ·*256*; additum est frustum chartae prae se ferens notam *378*. Ff. II. 184^v et 184^a. 203^r. 204 vacua. Foliorum secturae violaceo liquore tactae, in quibus apparent litterae aureae. NI(colai). PA(pae). V. (cf. Müntz et Fabre, *La bibliothèque ...*, p. 335: « Item unum volumen... de pergameno, copertum corio rubeo, et intitulatur Philonis Iudaei Historia perutilis »).

In tabulis et in dorso corio rubro signato obductis scuta Pauli V et Scipionis Borghese; ibidem schedulae chartaceae saec. XVIII, in quibus nota rubra *378*.

379 (olim 823). Saec. XIV, chartac., mm. 245 × 168, ff. I. 389 (+ 1^{a-c}), linn. 25-27.

Philonis Iudaei opera complura. [1] ⟨α'⟩-ε' cod. manu coaeva (ff. 1^b-22^v) de specialibus legibus liber III (Cohn V, p. 150-197 7) ultima parte omissa, hoc ordine: (f. 1^c-11^v) inc. sub inscriptione περὶ μοιχείας a vv. Ὅτι οἶμαι πανταχοῦ (p. 152, 5-173, 3), (f. 1^b) praecedentia et titulus vulgatus (p. 150-152, 5), (f. 12) initium opusculi κατὰ ἀνδροφόνων usque ad vv. πάθους οἶκτον (p. 173, 5-174, 9), (ff. 11^v-18^v) sub inscriptione recentiore β'. περὶ ἐπιτιθεμένων leguntur p. 174, 10-188, 20 (sequebatur sub numero ς' opusc. κατὰ ζῴων ἀλόγων hodie perditum), (f. 19) libellus κατὰ τῶν οἰκέτας κτεινόντων (p. 189-190, 15) manu ⟨Nicolai Sophiani⟩ suppletus, qui et indicem (f. 1^a) praefixit, (ff. 18^v. 20-33^v) subsequentia usque ad p. 197, 7, [2] ζ' cod. (ff. 22^v-38, ult. lin.) de humanitate sub inscriptione περὶ βίου σοφοῦ τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος (Cohn V, p. 279-320), cui subnectitur nulla facta distinctione [3] (ff. 38, ult. lin. - 39) ⟨de paenitentia⟩ usque ad vv. συμφέρον αὐτομολεῖν (Cohn V, p. 321-322, 22), [4] η' manu post. (ff. 39^v-60) de decalogo sub inscriptione περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ οἰκετῶν ἀρετῶν τὸ δ^{ον} (Cohn IV, p. 269-307), [5] θ'-ιβ' cod. (ff. 60^v-76^v) de special. legibus lib. I pars prior (Cohn V, p. 1-32) cui subiungitur [6] ιγ' cod. (ff. 76^v-77) de septenario (id est de special. legibus lib. II: Cohn V, p. 95), [7] ιδ' cod. (ff. 77-80^v) de sacerdotum honoribus (id est de special. legibus lib. I excerptum: Cohn V, p. 32-39) [8] ιε' cod. (ff. 81-97) de special. legibus lib. II pars prior (Cohn V, p. 85-95, 5; 96-115, 20), [9] ιζ' cod. (ff. 97-120) de congressu eruditionis gratia (Cohn III, p. 72-109), [10] ιη' cod. (ff. 120^v-150) de somniis liber I (Cohn III, p. 204-258), [11] ιθ' cod. (ff. 150-165^v) legum allegor. lib. I (Cohn I, p. 61-89), [12] κ' cod. (ff. 165^v-177^v) de Cherubim, desinit in vv. περὶ τούτων κατανοήσωμεν (Cohn I, p. 170-190, 20), [13] κα' cod. (ff. 177^v-208) de sacrificiis Abelis et Caini (Cohn I, p. 202-257) cui interponitur [14] (ff. 181-185) de mercede meretricis (Mangey II, p. 264-269), [15] κβ' cod. (208-240^v) quod deterius potiori insidiari soleat (Cohn I, p. 258-298), [16] κγ' cod. (ff. 240^v-270)

de ebrietate (Cohn II, p. 170–214), [17] *κδ'* cod. (ff. 270–279) de sobrietate (Cohn II, p. 215–228), [18] *κε'* cod. (ff. 279–306^{v}) quod Deus sit immutabilis (Cohn II, p. 56–94), [19] *κϛ'* cod. (ff. 306^{v}–315^{v}) de agricultura, des. in vv. *οὐκ ἀμελῶς ἐπιδέδεικται* (Cohn II, p. 95–108, 27), [20] *κζ'* cod. (ff. 316–343) de plantatione (Cohn II, p. 133–169), [21] *κη'* cod. (ff. 343–375^{v}) de confusione linguarum (Cohn II, p. 229–267), [22] *κθ'* cod. (ff. 375^{v}–383) de nobilitate (Cohn V, p. 324–335), [23] λ'–λγ' cod. (ff. 383–384^{v}) **Euclidis** elementorum lib. I excerptum, *ex Euclide. A. Mai* (ed. Heiberg, Lipsiae 1883, p. 2–10, 10), [24] **Philonis** excerpta varia: [a] λδ' cod. (ff. 384^{v}–385^{v}) ex opusc. Quis rerum divinarum heres, *Παρεκβόλαιον τῶν ἀναγκαίων Φιλωνος εἰς τὸν περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος, ἢ περὶ τῆς ἴσα καὶ ἐναντία τομῆς λόγων αὐτοῦ* cod. Inc. *Αἱ δὲ αἱ* (sic) *στῆλαι τῶν γενικῶν,* des. *συμβέβηκεν* (Cohn III, p. 38, 22–40, 7), [b] *λε'–μ'* cod. (ff. 385^{v}–388^{v}) ex Quaestionibus in Exodum (ed. A. Mai, Classici auctores IV, p. 430–441). In calce libri (f. 389^{v}) manu sequiore index alterius codicis Philoniani. Inc. + *Φιλωνος περὶ οὗ τὶς ὁ τῶν ⟨θείων πραγ⟩μάτων κληρονόμος,* des. *περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει ... καὶ πάσης βίας.*

Liber fuit Nicolai Sophiani (f. 1^{c} directe: *κτῆμα Νϊκολαου Σοφϊανοῦ καὶ τῶν ὄντος φίλων*), qui ordinem antiquiorem priorum opellarum satis mutavit, indicem f. 1^{a} digessit, ff. 1^{b-c}. 12. 19. 181 exaravit et inseruit, annotationes insuper complures ni fallor, marginibus inscripsit. Constat fasciculis 49 quaternionibus (exceptis 7 ff. quinque, 20. 31. 49 ff. septem) in principio et in fine notatis. Foliorum supputatio antiquior litteris graecis superest, inde a f. 203 viginti numeris ex socordia librarii maior facta; recte tamen f. 389 (*υ⟨ϛ'⟩*) notatum est: *Φύλλ(α) τουτῒ τὸ βιβλῖον, τριακόσια καὶ ὀγδοηκονταὲξ*. F. I index latinus a ⟨F. Gozadino⟩ digestus. Temporibus recentioribus, ut videtur, paginae complures iam laceratae et perterebratae resarcitae sunt. In calce f. 1^{a} *823. v.* | *379. n.*, quae postea cancellata sunt. De codice pauca apud Cohn, op. cit., I, p. VII. VIII.

Integumentum membraneum in cuius dorso tesserae gentiliciae Pii IX.

380 (olim 257). Saec. XV, membran., mm. 268 × 244, ff. I (chart.). 235 (+ 2^{a}. 5^{a}. 64^{a}. 108^{a}), linn. 23.

Philonis Iudaei operum tomus prior (II = cod. 378). [1] (ff. 1–23) de special. legibus lib. I (Cohn V, p. 1–84), [2] (ff. 23–40^{v}) de mutatione nominum (Cohn III, p. 156–203), [3] (ff. 40^{v}–63) legum allegor. lib. III, *δευτέρας* cod. (Cohn I, p. 97–169), [4] (ff. 63–82^{v}) quis rerum divinarum heres (Cohn III, p. 1–71), [5] (ff. 82^{v}–92) de praemiis et paenis (Cohn V, p. 336–365), [6] (ff. 92–95^{v}) de exsecrationibus (Cohn V, p. 365–376), [7] (ff. 95^{v}–99) de fortitudine (Cohn V, p. 266–279), [8] (ff. 99–122^{v}) de vita Mosis lib. I (Cohn IV, p. 119–199); — (ff. 122^{v}–127) lib. II; — (ff. 127–142^{v}) lib. III (op. cit., p. 216–268), [9] (ff. 143–161)

de opificio mundi, ex antigrapho perturbato (vide infra notam scribae); quare hoc ordine legas: ff. 143–146^{v}, l. 7 (Cohn I, p. 1–14, 3), ff. 152^{v}, l. 7–158^{v}, l. 21 (Cohn, p. 14, 3–33, 23), ff. 146^{v}, l. 7–152^{v}, l. 7 (Cohn, p. 33, 23–53, 14), ff. 158^{v}–161 (Cohn, p. 53, 14–60), [10] (ff. 161–173) de decalogo (Cohn IV, p. 269–307), [11] (ff. 173–179^{v}) de constitutione principum (id est de special. legibus lib. IV: Cohn V, p. 243–265), [12] (ff. 179^{v}–190^{v}) quod omnis probus liber sit (Cohn VI, p. 1–45), [13] (ff. 190^{v}–197) de vita contemplativa (Cohn VI, p. 41–71), [14] (ff. 197–199^{v}) de mercede meretricis (Mangey II, p. 264–269), [15] (ff. 199^{v}–216) de special. legibus lib. III (Cohn V, p. 150–208), [16] (ff. 216–235) de Iosepho (Cohn IV, p. 61–118).

Liber a Iohanne Thessalo exaratus (cf. cod. 378, f. 202). Constat fasciculis 24 quinionibus (excepto secundo quaternione) in prima singulorum pagina ima notatis. F. 235 addito inscripsit manus altera finem libri de Iosepho quae in f. 1 cod. 378 erasa fuit ut ita locus fieret ornatui pingendo. De suo exemplari haec notavit librarius f. 146^{v}: *ἕως ἐνταῦθα ἦχον τὸ ἀθιβόλαιον ὀρθὸν. ἔγραφεν δὲ ὁ γραφεὺς ;τοῦ ἀθιβολαίου ἵνα ἀφήσ⟨ω⟩ φίλα ις, ἔπειτα ἵνα ἄρξωμαι. τὰ δὲ ἐξκαίδεκα φίλα οὐκ ἔγραφεν τὶ ποιήσ⟨ω⟩, εἰ ἄρα γράψω ταῦτα ἀλαχῶθεν. ἐγὼ δὲ γέγραφα τὰ πάντα*, f. 158^{v}: *ἕως ἐνθάδέ ἐστιν ὅπερ ἔλεγεν τὸ ἐμὸν ἀθιβόλαιον ὄπιστεν ἵνα ἄρξομαι. τὰ δὲ ἐξκαίδεκα φύλα ἀφίσω. νῦν δὲ πάλ(ιν) γράψας ἕως ἐνθάδε, λέγει τὸ ἀθιβόλαιον· γίρησον ὄπισθεν φύλα ἐξκαίδεκα* (cf. supra op. 9).

F. 2 ornatus frontis et littera initialis maxima auro variisque coloribus distincta; in calce scutum. NI⟨COLAI⟩. PAPE. V. duobus geniis sustentatum. F. II *πίναξ* Allatianus; f. 1 manu saec. XVI *Philonis Judei opera* et index latinus a ⟨F. Gozadino⟩ digestus. De codice pauca dixit L. Cohn, op. cit., I, p. VII–VIII.

In dorso, quod recentius est integumento (saec. XVIII fortasse), tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

381 (olim 196). Saec. XIII–XIV, chartac., mm. 277 × 177, ff. II (add.). 217 (+ 194^{a} insitic.), linn. 28–38.

1 Philonis Iudaei opera diversa. [1] (ff. 1–11^{v}) de aeternitate mundi (Cohn VI, p. 72–119), [2] (ff. 12–22) legum allegor. lib. I (Cohn I, p. 61–89), [3] (ff. 22–29) de Cherubim, desinit in vv. *περὶ τούτων κατανοήσωμεν* (Cohn I, p. 170–190, 20), [4] (ff. 29–43^{v}) de sacrificiis Abelis et Caini, des. in vv. *ἡγεμονικὸν διακεχώρηκεν* (Cohn I, p. 202–257, 8), [5] (ff. 43^{v}–59^{v}) quod deterius potiori insidiari soleat (Cohn I, p. 258–298), [6] (ff. 60–74^{v}) de posteritate Caini (Cohn II, p. 1–41), [7] (ff. 74^{v}–79) de gigantibus (Cohn II, p. 42–55), [8] (ff. 79–93) quod Deus sit immutabilis (Cohn II, p. 56–94), [9] (ff. 93–98^{v}) de agricultura, des. in vv. *οὐκ ἀμελῶς ἐπιδέδεικται* (Cohn II, p. 95–108, 27, [10] (ff. 98^{v}–113^{v}) de plantatione (Cohn II, p. 133–169), [11] (ff. 113^{v}–132) de (ebrietate Cohn II, p. 170–214).

2 Astronomica nonnulla. [1] (f. 133) **Iohannis Philoponi** Alexandrini de usu astrolabii pars ultima; inc. mut. ἀπὸ δὲ τῶν χειμερινῶν (ed. Hase, in *Rheinisches Museum,* VI, 1839, p. 155, 23–156), [2] (ff. 133–160ᵛ) **Gemini** elementa astronomiae, εἰσαγωγὴ εἰς τὰ φαινόμενα cod. (ed. Manitius, Lipsiae 1898, p. 3–210; in qua editione [p. VIII] liber noster siglo V² insignitus est). Sequitur (ff. 160ᵛ–163) eiusdem * kalendarium (op. cit., p. 210–232), [3] (f. 163ᵛ) index auctorum qui de polo scripserunt (ed. E. Maass, in *Hermes,* XVI, 1881, p. 388). Annectuntur canonographi et quaedam de zonis et diversis mensuris. Inc. Ἡ μὲν ἀρκτικὴ ἔχει ϡϡς', des. τὸ κατὰ πλάτος μίλιον σταδίων ιε' πήχεις ς', (ff. 163ᵛ–164) fragmentum de sole et terra (ed. Maass, in *Hermes,* XVI, p. 389, n. 3), [4] (ff. 164–183) **Achillis Tatii** isagoge ad Arati phaenomena, τῶν Ἀράτου φαινομένων πρὸς εἰσαγωγὴν ἐκ τῶν Ἀχιλλέως περὶ τοῦ παντός cod. (ed. D. Petavius, Uranologium, Lutetiae Parisiorum 1630, p. 121–164), [5] (ff. 183ᵛ–184ᵛ) Signa quaedam astronomica sub titulo ⟨α⟩ὶ ἐξ ἑτέρων διαιρέσεις :– ⟨σ⟩φαῖρα ἐπὶ τῶν οὐρανίων πλανήτων... τῶν ὁριζόντων... τῶν οἰκήσεων, [6] (ff. 184ᵛ–188) Arati genus et vita (op. cit., p. 268–276), [7] (ff. 188–190ᵛ) **Achillis Tatii** in Arati phaenomena isagoge, ex aliis scholiis (op. cit., p. 165–169), [8] (ff. 190ᵛ–193ᵛ) **Eratosthenis,** alias **Hipparchi** ad Arati phaenomena (op. cit., p. 256–267), cui subduntur (ff. 194–194ᵛ) diagrammata diversa, [9] (ff. 195–205) **Hipparchi** ad Arati et Eudoxii phaenomena enarrationum liber I (op. cit., p. 171–208); — (ff. 205–215ᵛ) lib. II; — (ff. 215ᵛ–217ᵛ) lib. III, abrumpitur in vv. ἐν τοῖς γόνασι λαμπρῶν (op. cit., p. 243 C 4).

Marginibus inscripta sunt litteris uncialibus formae minoris, accentibus spiritibusque saepissime non additis, scholia complura; quorum scholiorum plus sexaginta inedita videntur, sex eruuntur ex s. Maximi Libro Ambiguorum (M. 91, 1104 A 2–1105 B 6; 1105 C; 1112 AB; 1205–1208; 1208; 1256–1257); alia haud pauca vel eadem sunt ac quae in paginis imis editionis Migneae occurrunt, vel cum illis quae vulgavit Piccolomini (cf. supra p. 173) plane conveniunt. Huius *συλλογῆς* initium a secunda parte saec. VI, ni fallor, repetitur: nominantur enim Origenistae (ff. 92v. 122. 131v. 192), Theodorus Mopsuestenus (f. 224v), tritheitae (f. 76v; cf. Piccolomini, op. cit., p. XXXVII).

Liber diligenter exaratus. Constat fasciculis 32 quaternionibus (exceptis primo atque supremo novem foliorum) in prima singulorum pagina summa dextrorsum signatis α'-λγ'; numero ιβ' omisso, fasciculus duodecimus et subsequentes uno supra iustum facti sunt maiores. Inscriptiones, signa quibus lectoris studium accuratius postulatur minio exarata, item Basilii et praefecti nomina in dialogo orationis 43 (f. 157r-v: M. 36, 557 D-561 A). Inscriptiones atque scholia charactere unciali moduli minoris distincta; spiritus et accentus ex more antiquo (e. g. *οὖν*, *τοῦτο*) saepius apposita.

Folia priora et suprema humore inquinata, praesertim ad oras, non sine textus damno; unde lineae aut litterae, quae ad pessum ibant, renovatae sunt tempore fortasse quo suppletae vel repetitae fasciculorum *β*, *θ'-ιδ'* notae (saec. XIV?).

F. 258 manu sacerdotis, ut opinor, cuiusdam saec. XIV nota: *τέσαρα περίφερα ἀσΐμιν. μία λαβίδ( ) ἀργυρί(ου) | ἐπιτρ(α)χῆλ(ιον). παρακατ(α)θῆκη. εἰς τ(ὴν) ιη' τοῦ ὀκτωβρίου μην(ός).* F. 258v summa foliorum, *ἔχϊ τὸ βιβλί(ων) φύλλ(α) σξ'*; deinde inscriptio penitus deleta. F. 15 stilo plumbeo delineata sunt animalia duo commenticia. Ff. 27-29. 55. 99. 141. 169 margines exteriores excisi, item f. 140 margo inferior. F. 1 manu saec. XV medii *Gregorii Nazanzeni. Sermones varij.*

Integumenti tabulis corio rubro saec. XVIII, ut videtur, obductis assutum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

461 (olim 309). Saec. XI, membran., mm. 341 × 280, ff. 184, coll. 2, linn. 30-31.

1 S. Gregorii Nazianzeni orationes XVI, praefixo (f. 1v) indice paullo recentiore. [1] (ff. 2-3) oratio 1, in sanctum Pascha I (M. 35, 396-401). [2] (ff. 3-15) oratio 45, in sanctum Pascha II (M. 36, 624-664). [3] (ff. 15-18) oratio 44, in novam dominicam (M. 36, 608-621); vv. prius omissa *ἐγκαίνια, ἐγκαίνια — καὶ Θεῷ πλησιάσαντες* (609 A 12-612 B 3) in ff. 18-19, post orationis conclusionem suppleta sunt. [4] (ff. 19-23) oratio 41, in Pentecosten, *εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν* cod. (M. 36, 428-452); desiderantur vv. *Καὶ ἀναβάλλεται — ἄνευ Πνεύματος δῆλα* | (436 C 5-444 B 11) duobus foliis post f. 19v perditis. [5] (ff. 23-32) oratio 16, in patrem tacentem (M. 35, 933-964). [6] (ff. 32-38) oratio 15, in Maccabaeorum laudem (M. 35, 912-933). [7] (ff. 38-45) oratio 24, in laudem s. Cypriani, *εἰς τὸν μάρτυρα Κυπριανὸν ἐξ ἀγροῦ ἐπανήκων μετὰ μίας τῆς μνείας ἡμέραν* cod. (M. 35, 1169-1193). [8] (ff. 45v-51v) oratio 19, ad Iulianum tributorum exaequatorem, *εἰς τοὺς λόγους καὶ εἰς τὸν ἐξισωτήν* cod. (M. 35, 1044-1064). [9] (ff. 51v-58v) oratio 38, in Theophania *εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια* cod. (M. 36, 312-333). [10] (ff. 58v-94) oratio 43, in laudem Basilii Magni, *ἐπιτάφιος εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον* cod. (M. 36, 493-605 A 8 *τοῖς λόγοις ἄξιον*). [11] (ff. 94-101) oratio 39, in sancta lumina (M. 36, 336-360). [12] (ff. 101-120) oratio 40, in sanctum baptisma (M. 36, 360-425). [13] (ff. 120-123) oratio 11, ad Gregorium Nyssenum, *εἰς Γρηγόριον τὸν ἀδελφὸν Βασιλείου ἐπιστάντα μετὰ τὴν χειροτονίαν* cod. (M. 35, 832-841). [14] (ff. 123-136) oratio 21, in laudem Athanasii, *εἰς τὸν ἅγιον*

Ἀθανάσιον cod. (M. 35, 1081–1128). [15] (ff. 136–146) oratio 42, Supremum vale, *εἰς τὴν τῶν ρν' ἐπισκόπων παρουσίαν ὁ συντακτήριος* cod. (M. 36, 457–492). [16] (ff. 146–161) oratio 14, de pauperum amore (M. 35, 857–909).

2 (ff. 161–164ᵛ) **Ps.-Nonni** collectio et interpretatio historiarum, quarum meminit s. Gregorius in orat. in sancta lumina (orat. 39). Sunt historiae *κδ'* ut in cod. 458, ff. 292ᵛ–299 dispositae.

3 (ff. 165–182ᵛ) s. Gregorii Nazianzeni vita ⟨auctore G r e g o r i o p r e s b y t e r o⟩ (M. 35, 244 ss.); abrumpitur in vv. *εἰρηνικῶς διαθέσθαι τὰ* (300 B 7).

Ff. 183. 184 ex alio codice eiusdem aetatis binis columnis exarato avulsa et ad novam scripturam recipiendam lota continent: [1] (ff. 183ʳ·ᵛ) ⟨s. I o h a n n i s e v a n g e l i s t a e vitae⟩ (BHG. 919) fragmentum, quod inc. *ἱερείων κλήσεως* et abrumpitur in vv. *ὁ θαυμαστὸς Διονύσιος* (M. 116, 688 D 13–692 A 6). [2] (f. 184ʳ·ᵛ) ⟨s. E u p h r o s y n e s vitae⟩ (BHG. 626) fragmentum, quod inc. *ὅλην ὡς νοσιὰν* et abrumpitur in vv. *εὗρε τὸν Παφνούτιον* (M. 114, 313 A 2–D 14).

Codicem exararunt tres, ut videtur, manus sese excipientes (ᵃ ff. 1–161ʳ. 165–179, ᵇ ff. 161ʳ–164ᵛ. 180–181ᵛ, ᶜ ff. 181ᵛ–182ᵛ). Constat fasciculis 24 quaternionibus (quorum 3 ternio factus est casu paris foliorum medii, 21 ad folia quinque et 24 ad folia septem priora, aliis excisis, redacta sunt); addita sunt ad custodiam folium unum in principio, duo in calce. Notae, excepta *β'* (f. 10), omnino perierunt. Inscriptiones charactere unciali minoris moduli descriptae; litterae initiales maximae, *πύλη* f. 2, inscriptio et ornatus orationis 2 (f. 3) rubro colore distincta. Emendationes quaedam, adhibito siglo *γρ.* (e. g. ff. 60ᵛ. 96ᵛ. 102ᵛ. 109. 127. 131ᵛ), ab ipso scriba propositae; ff. 85ᵛ. 97ᵛ. 107. 114 lectionis publicae signum *κάθ(ισμα)*.

Litterae haud paucae ff. 65ᵛ. 67ᵛ 68. 70, quae deciderant, partim renovatae sunt. Lemmata tria et notulam in orationem 43 (ff. 79. 81. 82) addidit manus saec. XIV(?).

F. 1 inter varias calami probationes monocondylion † *ὁ ταπεινὸς μ(ητ)ροπολίτης Τραπεζοῦντος Ἰωσήφ* † (post an. 1349). F. 1ᵛ † *ὁ εὐτελὴς ἱερεὺς Μιχαὴλ ο μαυροειδῆς παρῶν (καὶ) αὐτῶς ὑπ(έ)γ(ραψα)*; cf. f. 95ᵛ † *ὁ ἔκδικος τῆς ἁγιωτ(ά)της τοῦ θ(ε)οῦ μ(ε)γ(άλης) ἐκκλησί(ας) Μιχαὴλ ὁ μαυροειδῆς μαρτυρ(ῶν) ὑπ(έ)γ(ραψα)*. In summo folio 68: *μηνὶ σεπτεβρίω ἰνδ. ς'*; in calce f. 136: *μηνὶ Ἰουλ.*; in summo f. 13 lineae duae erasae.

In ora inferiore libri clausi littera (*A*?) et inscriptionis vestigia.

In tegumenti tabulis corio rubro saec. XVIII, ut videtur, obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

462 (olim 307). Saec. IX, membran., mm. 408×320, ff. I. 239, linn. 30.

S. Gregorii Nazianzeni orationes XXV et epistolae II scholiis auctae. Praemittitur (f. 1ᵛ) codicis tabula paullo recentior.

[1] (ff. 2–7ᵛ) oratio 38, in Theophania, *λόγος εἰς τὸ γενέθλιον τοῦ κυρίου ἡμῶν Χριστοῦ* cod. (M. 36, 312–333), doxologia fusiore instructa. [2] *ιζ'* (ff. 8–14ᵛ)

oratio 39, in sacta lumina (M. 36, 336–360). [3] ιη′ (ff. 14v–33) oratio 40, in sanctum baptisma (M. 36, 361–425). [4] ιθ′ (ff. 33–34v) oratio 1, in sanctum Pascha I (M. 35, 396–401) argumento (σχο cod.) *Φαίνεται οὗτος ὁ λόγος — ἐξεφώνησεν*, ut in cod. 460, f. 2, instructa. [5] κ′ (ff. 34v–46) oratio 45, in sanctum Pascha II (M. 46, 624–664). [6] κα′ (ff. 46–49) oratio 44, in novam dominicam, *εἰς τὴν καινὴν κυριακὴν καὶ τὸ ἔαρ καὶ τὸν μάρτυρα Μάμαντα — τῇ γὰρ νέα κυριακῇ ἐπιτελεῖται ἡ μνήμη αὐτοῦ ἐν Καισαρείᾳ — καὶ περὶ ἐγκαινίων* (M. 36, 608–621); in vv. *Καὶ τί δεῖ μοι πλειόνων* (609 A 9–10) legitur admonitio de quibusdam exemplaribus: *ἐν πολλοῖς τῶν ἀντιγράφων — γραφῆναι συνειδομεν ὀβελοὺς τοῖς ἀπεμφαίνουσι ῥητοῖς παραθέμενοι*, fere ut in cod. 436, ff. 202v–203. [7] κβ′ (ff. 49–54v) oratio 41, in Pentecosten, *καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον* add. cod. (M. 36, 428–452); desiderantur vv. *ἄμικτος ἡ ἀγαθότης — ἀναπαυστέον, τὸ δὲ Λαλοῦν* | (445 B 10 – 449 B 7) uno folio post f. 53v resecto. [8] κγ′ (ff. 54v–65) oratio 32, de moderatione in disputando, *περὶ τῆς ἐν διαλέξεσιν — καιροῦ τὸ διαλέγεσθαι περὶ θεότητος. ἐρρέθη ἐν Κωνσταντ(ινου)πό(λει)* cod. (M. 36, 173–212). [9] κδ′ (ff. 65–70v) oratio 33, contra Arianos et de seipso (M. 36, 213–237). [10] κε′ (ff. 71–74) oratio 27, theologica I, *πρὸς Εὐνομιανοὺς καὶ περὶ θεολογίας προδιάλεξις* cod. (M. 36, 12–25). [11] κϛ′ (ff. 74v–81v) oratio 29, theologica III, *περὶ υἱοῦ λόγος α′* cod. (M. 36, 73–104). [12] κζ′ (ff. 81v–89v) oratio 30, theologica IV, *περὶ υἱοῦ λόγος β′* cod. (M. 36, 104–133). [13] κη′ (ff. 89v–99v) oratio 31, theologica V (M. 36, 133–172). [14] (ff. 99v–103v) oratio 20, de dogmate — *περὶ θεολογίας* cod. — et constitutione episcoporum (M. 35, 1065–1080). [15] λ′ (ff. 103v–116) oratio 28, theologica II, *περὶ θεολογίας λόγος β′* cod. (M. 36, 25–72). [16] λβ′ (ff. 116–120v) oratio 34, in Aegyptiorum adventum, *εἰς τὸν κατάπλουν τῶν Αἰγυπτίων ἐπισκόπων. ἐρρέθη ἐν Κωνσταντινουπόλει* cod. (M. 36, 241–256). [17] ζ′ (ff. 120v–136v) oratio 14, de pauperum amore (M. 35, 857–909). [18] η′ (ff. 136v–139) e p i s t o l a 102, *πρὸς Κληδόνιον πρεσβύτ(ερον) κατὰ Ἀπολιναρίου λόγ(ος) α′* cod. (M. 37, 193–201) cum argumento *Ὁ μὲν Κληδόνιος-θερμῆσαι* (ed. Sajdak, Historia critica scholiastarum et commentatorum Gregorii Nazianzeni, Cracoviae 1914, p. 219). [19] θ′ (ff. 139–143v) e p i s t o l a 101, *πρὸς Κληδόνιον — λό(γος) β′* cod. (M. 37, 176–193). [20] ι′ (ff. 143v–148v) oratio 36, de seipso, *εἰς ἑαυτὸν — Κωνσταντινουπόλεως* cod. (M. 36, 265–280). [21] ια′ (ff. 148v–156v) oratio 26, in seipsum, *εἰς ἑαυτὸν ἐξ ἀγροῦ ἐπιστὰς μετὰ τὰ κατὰ Μάξιμ(ον)* (M. 35, 1228–1252). [22] (ff. 156v–165) oratio 25, in laudem Heronis philosophi, *εἰς Ἥρωνα τὸν φιλόσοφον Ἀλεξανδρέα ἐξορισθέντα διὰ τὴν πίστιν καὶ ἐπανελθόντα μετὰ τετραέτη χρόν(ον)* cod. (M. 35, 1197–1225). [23] ιγ′ (ff. 165–172) oratio 24, in laudem s. Cypriani, *εἰς Κυπριανὸν μάρτυρα ἐξ ἀγροῦ ἐπανήκων μετὰ μίαν τῆς μνήμης ἡμέραν* cod. (M. 35, 1169–1193). [24] (ff. 172–185v) oratio 21, in laudem Athanasii, *εἰς Ἀθανάσιον*

ἐπισκο(που) Ἀλεξανδρείας ἐπιτάφιος cod. (M. 35, 1081-1128). [25] ιε' (ff. 185v-192) oratio 15, in Maccabaeorum laudem (M. 35, 912-933). [26] (ff. 192-202v) oratio 42, Supremum vale, συντακτήριος — παρουσίαν, ἐν τῷ μαρτυρίῳ τῆς ἁγίας Ἀναστασίας λεχθεὶς cod. (M. 36, 452-492). [27] (ff. 202v-238) oratio 43, in laudem Basilii Magni, ἐπιτάφιος εἰς Βασίλειον τὸν μέγα(ν) cod. (M. 36, 493-606).

Marginibus inscribuntur — praeter emendationes perpaucas, lemmata, s. Gregorii dictionum interpretationes brevissimas — scholia complura ad theologiam praesertim spectantia, plerumque anonyma (nota tamen f. 7v τοῦ ἁγίου Βασιλείου, f. 41v siglum ☧ et lemma ἄλλος); haud pauca ex opere s. Maximi, cui titulus Liber Ambiguorum, desumuntur; alia cum illis quae in cod. 460 et in imis editionis Migneae paginis leguntur plane conveniunt; alia denique prorsus inedita videntur. Scholia quaedam haereticis sexti saeculi, Origenistis (ff. 2. 4. 173) et tritheitis (ff. 11v. 31. 53. 53v. 80. 197v) obiecta tempus fortasse indicant a quo collectionis initium est repetendum.

Ff. I. 239 ad custodiam addita — ex eodem codice iuridico latino saec. XV binis columnis exarato ac cod. 450 ff. I et 406 avulsa — quaestiones et solutiones iuridicas varias praebent, e. g. (f. I) *Si q(ui)nq(ue) era(n)t i(n) domo (et) nescit(ur) q(ui)s int(er)fecit, debeat a p(ro)motio(n)e repelli?*, (f. Iv) *R(ubrica?) de reg(u)la (et) tra(n)seu(n)tib(us) ad religio(n)em... Utru(m) acc(us)ator acc(us)atio(n)e pe(n)de(n)te ualeat p(ro)moueri?*, (f. 239) *Utru(m) d(e)structo molendino ce(n)sualis debeat solui pe(n)sio... Utru(m) q(uis) ex data s(ib)i potestate sem(e)l eleg(i) el(e)cto non (con)sentiente elige(re) possit?*, (f. 239v) *Utru(m) possit (con)pelli ad monachatu(m) q(ui), ut (con)ru(m)peret mo(n)iale(m), recepit habitu(m)? Utru(m) iudicis in s(ententi)a debeat parti p(re)iuditium generare?*

Liber textu, scriptura, aetate conspicuus. Pars prior periit, quae fasciculos tredecim comprehendebat et, ut videtur, orationes quindecim. Supersunt fasciculi posteriores triginta, quaterniones (si excipias 1 et 7 foliorum septem, 5 quinionem, 30 foliorum quinque) in fronte uniuscuiusque triplici cruce, flosculo vel orbiculo, atque litteris ⟨ιδ'⟩-μ⟨δ'⟩ dextrorsum appositis distincti. Inscriptiones et scholia charactere unciali formae minoris exarantur; inscriptiones singulas praecedit crux monogrammatica, quae dicitur; ornatus atque litterae initiales maximae usque ad f. 71 coloribus caeruleo et rubro tacta. Spiritus accentusque more antiquiore appositi (ἔϊχε, ἀυτὸυ).

In fine tabulae f. 1v manus saec. XIII-XIV addidit: θεολόγ(ος) ἑρμηνευ(ό)μ(ε)ν(ος) ἔχων τοὺς ἀναγινωσκομένους δεκαὲξ λόγ(ους) (καὶ) ἀπὸ τ(ῶν) μὴ ἀναγινωσκομ(ένων) ια' (καὶ) τινὰς ἑρμηνείας, et inferius litteram β. Manibus variis recentioribus exarata sunt lemma (f. 6v), supplementum (f. 34v), dictionis interpretatio (f. 210), scholium (f. 222).

Codex fuit olim Thaddaei Quirini (f. 1v ΘΑΔΔΑΙΟΥ ΚΟΥΡΙΝΟΥ ЄΣΤΗ) patricii Veneti anno 1508 mortui (de quo vide F. Giovanni degli Agostini, *Istoria degli Scrittori Veneziani*, t. II, 1754, p. 314–321).

F. 1 manu saec. XVI: *Sermones b(ea)ti grigorij Nazianzeni theologi* et litteris fere evanidis: *sup(er) Diuine scripturę evangelijs*, deinde *N̊. 12. 2° Plu.*; inferius *u. 307* | *n. 462*. Tabulae anteriori aversae agglutinata est schedula anno 1550 posterior: *Gregorii Nazianzeni ora|tiones cu(m) scholijs.* | *.307* (*7* ex *6*).

Ff. 1–3v humore conspurcata non sine textus damno.

In tabulis corio rubro signato obductis tesserae gentiliciae Pauli V et Scipionis Borghese card. bibliothecarii; in tabula anteriore schedula saec. XVII cum nota *462*; in tegumento laciniae ex tribus instrumentis latinis. Foliorum sectura aurata. Fibularum vestigia.

463 (olim 308). An. 1062 (f. 469v), membran., mm. 414 × 309, ff. 469, coll. 2 (exceptis ff. 463–469v), linn. 21 (ff. 450–469v, linn. 33–34).

1 S. Gregorii Nazianzeni orationes XVII. [1] (ff. 4–21) oratio 38, in Theophania, *εἰς τ(ὴν) γέννησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ* cod. (M. 36, 312–333). [2] (ff. 22–106v) oratio 43, in laudem Basilii Magni, *εἰς τ(ὸν) μ(έ)γ(αν) Βασίλειον* cod. (M. 36, 493–605 A 8 *τοῖς λόγοις ἄξιον*). [3] (ff. 107–126v) oratio 39, in sancta lumina, *εἰς τ(ὰ) φῶτα* cod. (M. 36, 336–360 A 9 *ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ*). [4] (ff. 127–183v) oratio 40, in sanctum baptisma (M. 36, 360–425). [5] (ff. 184–191v) oratio 11, ad Gregorium Nyssenum, *εἰς Γρηγόριον τὸν ἀδελφὸν τοῦ μ(ε)γ(άλου) Βασιλείου* cod. (M. 35, 832–841 B 2 *ἐποφθείσης ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἀμήν*). [6] (ff. 192–228) oratio 21, in laudem Athanasii (M. 35, 1081–1128 *τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ἀμήν*) additis scholiis brevissimis in M. 1105 A 1 (*ὁ μὲν*), A 6 (*ὁ δὲ*), A 12 (*βασιλέως*), B 14 (*ὄνομα*). [7] (ff. 230–255v) oratio 42, Supremum vale, *εἰς τὴν τῶν ρν' ἐπισκόπων παρουσίαν συντακτήριος. ἰαννουαρίω κε'* cod. (M. 36, 457–492). [8] (ff. 256–294v) oratio 14, de pauperum amore (M. 35, 857–909). [9] (ff. 295–318v) oratio 16, in patrem tacentem, *εἰς τὴν πληγὴν τῆς χαλάζης* cod. (M. 35, 933–964 A 10 *ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν*). [10] (ff. 319–323) oratio 1, in sanctum Pascha I (M. 35, 396–401), quae des. *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων*. [11] (ff. 324–358) oratio 45, in sanctum Pascha II (M. 36, 624–664 C *εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν*). [12] (ff. 359–370) oratio 44, in novam dominicam (M. 36, 608–621). [13] (ff. 371–390) oratio 41, in Pentecosten (M. 36, 428–452 C 13 *εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν*). [14] (ff. 391–410v) oratio 24, in laudem s. Cypriani, *εἰς Κυπριανὸν ἐξ ἀγροῦ ἐπανήκοντα μετὰ μίαν τῆς μνείας ἡμέραν* cod. (M. 35, 1169–1193). [15] (ff. 411–427v) oratio 15, in Maccabaeorum laudem (M. 35, 912–933 A 14 *εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν*). [16] (ff. 428–443) oratio 19, ad Iulianum tributorum exaequatorem (M. 35, 1044–1064); desiderantur vv. *γενώμεθα χρηστοὶ — καταλύ-*

ματι. φο | (M. 1056 C 5–1057 B 9) uno folio post f. 437v perdito. [17] (ff. 444–449v) oratio 12, ad patrem, *εἰς ἑαυτὸν καὶ εἰς τὸν γέροντα* cod. (M. 35, 844–849 C 11) *ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν, ἀμήν*).

2 (ff. 450–457) s. **Iohannis Chrysostomi** de beato Philogonio (M. 48, 747–756.)

3 s. **Gregorii Nazianzeni** [1] (ff. 457v–460) testamentum, quod desinit ut in codice Chisiano (M. 37, 389–396; Pitra, Iuris eccl. Graecorum II, p. 155–159, 666). [2] (ff. 460–462) carmen II 2, 119 Basilii Magni epitaphia, *ἐπιγράμματα εἰς τὸν τάφον τοῦ μεγάλου Βασιλείου τὸν ἀριθμὸν ιβ'* cod. (M. 38, 72–75); singulis ιβ' epigrammatis subditur *ἑρμηνεία Νικήτα τοῦ φιλοσόφου* (ut in cod. 344, ff. 66v–69, et in cod. 409, f. 159r-v), [3] (f. 462r-v), carmen I 1, 32 hymnus vespertinus, *λόγος εὐχαριστήριος* cod., qui inc. *Σὲ καὶ νῦν εὐλογοῦμεν*, des. *προσλαλείτω Πατρί, Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν* (M. 37, 511–514).

4 **Ps.-Nonni** collectio et interpretatio historiarum quarum meminit s. Gregorius [1] (ff. 463–466v) in oratione in sancta lumina (orat. 39). Sunt historiae 24 fere ut in cod. 458, ff. 292v–299 relatae; quibus subnectuntur sine ulla distinctione [2] (ff. 466v–469v) hist. quarum meminit in laude funebri s. Basilii (orat. 43). Sunt historiae 26 cum illis quae in cod. 437, ff. 177–181v leguntur convenientes. Titulus, lemmata, numeri omnino desunt.

Praeponuntur [a] (f. 1r-v) *πίναξ σὺν Θεῷ τῆσδε τῆς βίβλου*, [b] (f. 2) declaratio signorum quattuor quae in marginibus operum s. Gregorii Nazianzeni pingi solebant (ut in cod. 434, f. 9v), [c] imago picta in membrana folio 3v agglutinata: cernitur in campo aureo † *ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ θεολόγος* † omophorium indutus, sedens ante scriptorium et librum exarans; quam imaginem, male nunc habitam, reperies aere incisam apud Seroux d'Agincourt, Pl. XLIX, 3.

Subscriptio f. 469v: *Αὕτη ἡ βίβλος πέφυκε Θεοδώρου (μον)αχ(οῦ) πρεσβυτέρου καὶ προεστῶτος τῆς τῶν Γαλακρηνῶν μονῆς* (in Constantinopoli) *πόθῳ πολλῷ καὶ ἐπιμελείᾳ ἐξ οἰκείων αὐτοῦ, μᾶλλον δὲ τῶν τοῦ Θ(εο)ῦ δωρεῶν κατασκευασθεῖσα καὶ κοσμηθεῖσα, γραφεῖσα δὲ τῇ αὐτοῦ προτροπῇ χειρὶ Συμεὼν (μον)αχ(οῦ) τοῦ αὐτοῦ μαθητοῦ καὶ τελειωθεῖσα μη(νὶ) δεκεμβρίῳ ἰνδ. πρώτης ἐν ἔτει τῷ ͵ϛφοα', βασιλεύοντος τοῦ εὐσεβεστάτου Κωνσταντίνου τοῦ Δοῦκα καὶ Ἐβδοκίας τῆς Αὐγούστης:* — (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber* ..., p. 410).

Liber splendidus. Constat fasciculis 60 quaternionibus (si excipias 27–29, 60 terniones, 56 folia septem et 59 folia tantum tria nunc complectentes); fasciculi omnes cruce in prima uniuscuiusque pagina summa apposita signati sunt, 29 autem priores litteris insuper in calce primae singulorum paginae dextrorsum. Ff. 1–3 extra supputationem assuta.

Litteris grandioribus usque ad f. 449v usus est librarius, deinde minoribus. Tabula praevia, inscriptiones, numeri, litterae initiales, *σημεῖα* aurata; *πύλαι* et saepta quibus

includuntur inscriptiones, ornamenta quibus distinguuntur orationes coloribus variis vividissimis tacta, animantium figuris hic et illic (ff. 4. 391) additis; litteras initiales maximas efficiunt imagunculae multicolores affabre pictae. Exstant praeterea, paginas totas implentes, semicirculis quattuor inter se coniunctis cinctae, cruces multicolores litteris insignitae: (ff. 21v. 370v. 390v) litt. *Φ X* | *Φ Π*, (f. 229v) litt. *Φ C* | *Z H*, (f. 358v) litt. *A Π* | *M C*; (f. 323v) superius pavones duo, inferius litt. *IC XC*. Emendationes quasdam, addito siglo γρ, proposuit ipse librarius (ff. 214. 242v. 293v. 421); idem obiectiones duas (M. 36, 400 A 1–4 et C 1–3) obelis instruxit (ff. 159. 160).

Supplementa reperies (ff. 117. 324v. 330v. 342) diversis manibus recentioribus tribuenda, item (ff. 41v. 62. 83v) notas ad lectionem publicam pertinentes (καθ. β', γ', δ'), oratiunculas (ff. 195v. 207). F. 217 inscriptio saec. XIV fere erasa *Κωνσταντινος* | *δεσπότης* | *πάσης* | *ελλαδος* | ε...

Ff. 2v. 3r. 228v. 229. 443v vacua; margines exteriores ff. 379. 380 excisi. In sectura foliorum superiore littera *I*, in inferiore Θεολογ.

Integumenti tabulis saec. XVIII, ut videtur, corio obductis assutum est dorsum novum, in quo tesserae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

464 (olim 318). An. 1359 (f. 166v), chartac., mm. 290×218, ff. 168, coll. 2, linn. 30–38.

1 S. Gregorii Nazianzeni orationes XVI cum argumentis et scholiis ⟨B a s i l i i m i n i m i⟩, praefixo (f. 1v) indice. [1] (ff. 2–3) oratio 1, in sanctum Pascha I (M. 35, 396–401); scholion primum inc. mut. *εἰρηκέναι. ἐκεῖνον δὲ μετὰ τοῦτο* (cf. cod. 436, f. 89v, l. 5), des. ut in codice laudato. [2] (ff. 3–12) oratio 45, in sanctum Pascha II (M. 36, 624–664) sine Basilii scholiis; exstant tantum scholia tria, nempe duo anonyma: (f. 7) in M. 641 D 2–644 A 4, (f. 9v) in M. 653 A 11, unum (f. 11) *τ ο ῦ Ἀ γ χ ι ά λ ο υ* (Mich. Anchialos patr. Const. 1169–1177, ut videtur) in M. 660 C 7. [3] (ff. 12–15) oratio 44, in novam dominicam, *εἰς τ(ὰ) ἐγκαίνια καὶ εἰς τὸν ἅγ(ιον) μάρτ(υρα) Μάμαντα* cod. (M. 36, 608–621); argumentum et scholia ut in cod. 436, ff. 50v–60v. [4] (ff. 15v–21v) oratio 41, in Pentecosten (M. 36, 428–452); argumentum *Ὅλος πανηγυρικὴν κ. τ. λ.* et scholia ut in cod. 436, ff. 60v–73v. [5] (ff. 21v–26v) oratio 15, in Maccabaeorum laudem (M. 35, 912–933); argumentum et scholia ut in cod. 436, ff. 105–107v. [6] (ff. 27–32v) oratio 24, in laudem s. Cypriani, *εἰς Κυπριανὸν ἐξ ἀγροῦ ἐπανήκοντος μετὰ μίαν τῆς μνείας ἡμέραν* cod. (M. 35, 1169–1193); argumentum (f. 26v) et scholia (ff. 26v–31v) ut in cod. 436, ff. 73v–77v. [7] (ff. 32v–37v) oratio 19, ad Iulianum tributorum exaequatorem (M. 35, 1044–1064); argumentum et scholia ut in cod. 436, ff. 77v–83. [8] (ff. 37v–44v) oratio 38, in Theophania, *εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χ(ριστο)ῦ γένναν εἴτ' οὖν θεοφάνια* cod. (M. 36, 312–333); argumentum et scholia (ff. 37v–43v) ut in cod. 436, ff. 1v–11. [9] (ff. 44v–76) oratio 43, in laudem Basilii Magni, *ἐπιτάφιος εἰς τὸν μ(έ)γ(αν) Βασίλειον* cod. (M. 36, 493–605 A 8 *τοῖς λόγοις ἄξιον*); argumentum et scholia (ff. 43v–76) fere ut in cod. 436,

ff. 133–152v; omittuntur scholia in M. 497 B 9 ὅσα τῶν ὑπὲρ ἐκεῖνον — 516 C 15 κελεύει δὲ ἡ βοή (cf. cod. 436, ff. 135–138); adduntur rubro liquore scholia tria: (f. 54v) in M. 532 A 3, (f. 55v) in M. 536 A 9 τὸν δὲ λυποῦντα, (f. 56) in M. 536 C 6 ἐν τούτοις. [10] (ff. 76v–83) oratio 39, in sancta lumina, εἰς τὰ ἅγια θεοφάνια cod. (M. 36, 336–360); scholia ut in cod. 436, f. 98 ss., sed tamen lacunis laborante, ut videtur, exemplari, haud pauca inde a f. 80 (M. 348 C 4 οἱ δὲ τὴν ἀγεννησίαν) desiderantur. [11] (ff. 83–100v) oratio 40, in sanctum baptisma, εἰς τὸ βάπτισμα λόγος δεύτερος cod. (M. 36, 360–425); argumentum et scholia (ff. 83–100) ut in cod. 436, ff. 22–31v. [12] (ff. 100v–103) oratio 11, ad Gregorium Nyssenum (M. 35, 832–841); scholion primum inc. Πρὸς τὰ κάτω καὶ τὰ αἰσθητά, τὰ αἰσθητὰ, des. κουφίζων ἄνω (I. Sajdak, Historia critica scholiastarum s. Gregorii Nazianzeni, Cracoviae 1914, p. 212 n. 1); scholion ultimum (f. 102v) inc. Τούτοις φησὶ χαίρει καλούμενος, des. προχωρήσασαν τυραννίδα. [13] (ff. 103–117v) orat. 21, in laudem Athanasii (M. 35, 1081–1128); argumentum et scholia (ff. 103–117) ut in cod. 436, ff. 11–22, scholiis ultimis tribus omissis; legitur (f. 116v) nota τοῦ Ἀγχιάλ(ου) in vv. παρὰ τοῖς Ἰταλοῖς (M. 1124 D 4), quae inc. Τοῖς Ἰταλοῖς ἡ οὐσία, des. τὴν δύναμιν τῶν φωνῶν. [14] (ff. 118–131v) oratio 42, Supremum vale (M. 36, 457–492); scholia in priorem orationis partem desiderantur; primum, quod legitur — ρλ' in M. 477 B 1 ἡμῖν αἱ ὑποστάσεις — et subsequentia (ff. 126–131v) eadem sunt atque illa cod. 436, ff. 43–50v. [15] (ff. 131v–149v) oratio 14, de pauperum amore (M. 35, 857–909); argumentum et scholia in marginibus ff. 131v–140 apposita cum his quae leguntur in cod. 436, ff. 107v–112 conveniunt; quae sequuntur vero sunt diversa; primum (f. 140v, in M. 884 B 12 κατ' εἰκόνα Θεοῦ) inc. Ὅταν φησὶν ὑψωθῶ, des. διασαφεῖ ἐν τοῖς ἐφεξῆς; ultimum (f. 149, in M. 909 C 3 ἐξ ἡμισείας) inc. Νυκτερινὸς γὰρ ὢν μόνον καὶ κρυπτὸς, des. καὶ λελόγισται καὶ ὠνόμασται. [16] (ff. 149v–160) oratio 16, in patrem tacentem (M. 35, 933–964); argumentum inc. Οὗτος ὁ λόγος εἴρηται τῷ ἁγίῳ, des. τῆς συνήθους πάντη ἀπήλλακται θεολογίας (cf. cod. Barocc. 190, f. 267); scholion primum inc. Τάξεώς ἐστιν ἐπαινουμένης, des. κινουμένου καὶ φθεγγομένου; scholion ultimum (in M. 964 A 3 καταβαίνουσαν) inc. Πῶς οὕτω καὶ οὕτω τελούντων, des. ταῖς θείαις ληνοῖς ἐναποθησόμεθα ἐν Χριστῷ κ. τ. λ.

2 ⟨**Ps.-Nonni**⟩ collectio et interpretatio historiarum quarum meminit s. Gregorius [1] (ff. 160v–164) in oratione in sancta lumina (orat. 39); sunt historiae κδ' ut in codice 458, ff. 292v–299 traditae. [2] (ff. 164–167v) in laude funebri s. Basilii (orat. 43); sunt historiae κδ' sine numeris: argumentum des. γενομένων ἀγαθῶν ἀνδρῶν (M. 36, 1057 A 6); historiae sex priores eaedem fere sunt atque in M. 1060–1061 C; ζ'–ιγ' conveniunt cum hist γ'–ζ'. ιε'. ις' cod. 437, ff. 177–181v; hist. ιδ'–ις' cum hist. editis 10–12 in

M. 1064 B–D; ιζ' comprehendit partem priorem hist. 13 editae (M. 1064 D 2–9 *Αἱ δὲ πυραμίδες καὶ αὗται*) atque finem historiae de Abaridis sagitta (*περιϊέναι τὴν Ἑλλάδα–περιήει τὴν Ἑλλάδα*, cf. M. 38, 509, v. 274); ιη'-κγ' fere ut hist. η'-ιγ' cod. 437; κδ' comprehendit historiam de labyrintho (hist. 8 in M. 1064 A) et finem hist. 13 (*καὶ θεάματος ἀξίαι κ. τ. λ.*, M, 1064 D 9–1065 A 3).

Ex codice iuridico saec. XIV avulsa sunt membrana folio 1ʳ agglutinata atque folium 168, in quibus leguntur [a] (f. 1ʳ) Digestorum lib. 24, 3–38, 17 tituli, [b] (f. 168) Digestorum lib. 25, 3, 1, 3 (inc. mut. *marito uel*) — 3, 1, 9 (*continuos accipe* |) et 3, 1, 11 (*editum ex se negare*) — 3, 1, 13 (*alere eum cogatur*), [c] (f. 168ᵛ) lib. 25, 3, 1, 15 (inc. mut. *fili*]*o si filius est*) – 3, 3, 1 (*matrimonio partus*) et 3, 3, 4 (inc. mut. *Ceci*]*lio affricano*) – 3, 5, 1 (*cogatur quis ex*) cum glossa Accursii.

Subscriptio (f. 166ᵛ): *Τέλο(ς) ἔλα(βεν) τὸ παρ(ὼν) οὗτ(ω) βιβλίον ἐν μηνὶ αὐγούστω ιε'* (sic) *π(ερι)π(α)το(ῦν)το(ς) ἰνδίκτ(ο)υ τῆς* (spatium 4 litt.) *ἔτος ἄγοντ(ος) ἑξάκις χιλιάδ(ας) κ(αὶ) δὺς τετρακ(ῶς) ἑξήκοντ(α) συν ζ', ἡμέ(ρα) ε' τὸ τέλο(ς) ἐγεγόνει: ἐγρά(φη) (δὲ) ἐξ ἐμοῦ ἱερέ(ως) Ἀλεξί(ου) τοῦ ἁμαρτωλοῦ (καὶ) ξένου* (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber...*, p. 14).

Codex male habitus, aqua et humore maculatus non sine textus damno. Hunc efficiunt fasciculi 19, nempe quiniones octo (3. 7–10. 12–14), quaterniones octo (1. 4–6. 11. 15–17), terniones duo (18. 19) et folia undecim (fasc. 2). Notas antiquas, quae perierunt, supplevit in postrema uniuscuiusque fasciculi pagina ima manus recentior, numeris tamen ς' et ις' omissis. Ornatus, inscriptiones, litterae initiales, scholiorum numeri minio distinguuntur. F. 1ᵛ effingitur arte perquam rudi *ὁ ἅγιος Γρηγόριος ὁ θεολόγος* ante scriptorium sedens volumenque tenens ubi legitur initium orationis I in Pascha (*Ἀναστάσεως ἡμέρα — συγχωρήσωμεν*: M. 35, 396 A 3–7); eiusdem auctoris videntur esse imagines adumbratae ff. 44ᵛ et 76ᵛ (s. Gregorii librum exarantis). F. 167ᵛ litteris inter se colligatis: *ὁ ταπεινος* (?) | *Ἰωσήφ μ(ονα)χος (καὶ) ἁμαρτωλος*; deinde litteris arcanis [a] nota emptionis: *ἠγορασα τ(ὸ)ν θεολόγον ἀπὸ τοῦ πάπα κυρ Μιχά(ηλ?)* | *εἰς υπέρπυρα δ*, [b] lineae quattuor ex quibus nihil elicere potui, [c] *† ὁ ταπεινὸς Ἰωσή(φ) ὁ Βρανάς*.

In fronte f. 1 *N. 9. 4 Plu. se(cretae)*. De codice breviter egit J. Sajdak (op. cit., p. 21).

Integumenti tabulis saec. XVIII, ut videtur, corio obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

465 (olim 322). An. 1270 (f. 385ᵛ), chartac., mm. 250 × 172, ff. 391, linn. 33–45.

1 ⟨**S. Gregorii Nazianzeni** orationes XVI commentario **Nicetae Heracleensis** auctae⟩ ut in codice 457, paucis mutatis.

[1] (ff. 1–8) oratio 1, in sanctum Pascha I; inc. mut. *τὸ μέγεθος τῆς ἱερωσύνης* (Nicetae comm. apud M. 36, 945 B 15); desiderantur vv. *καὶ ἐμὲ καὶ τὸν ναὸν — τὰ τῆς ἱερωσύνης*, nempe M. 36, 964 B 5–965 C 4, uno folio post f. 6ᵛ perdito. [2] (ff. 8–72ᵛ) oratio 45, in sanctum Pascha II (M. 36, 624–664). [3] (ff. 73–87)

oratio 44, in novam dominicam (M. 36, 608-621); legitur (f. 17ᵛ) fragmentum τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐκ τοῦ πρὸς Εὐνόμιον. [4] (ff. 87–108) oratio 41, in Pentecosten (M. 36, 428–452). [5] (ff. 108–120) oratio 15, in Maccabaeorum laudem (M. 35, 912–933); omittitur scholion s. Iohannis Chrysostomi de filia Iephte (M. 929 D 6) in cod. 457, ff. 116ᵛ–117 insertum. [6] (ff. 120–130ᵛ) oratio 24, in laudem s. Cypriani, εἰς Κυπριανὸν τὸν μάρτυρα cod. (M. 35, 1169–1193). [7] (ff. 131–141ᵛ) oratio 19, ad Iulianum tributorum exaequatorem, εἰς τοὺς λόγους καὶ εἰς τὸν ἐξισωτὴν Ἰουλιανὸν καὶ περὶ τῆς ἀπογραφῆς cod. (M. 35, 1044–1064). [8] (ff. 141ᵛ–157ᵛ) oratio 38, in Theophania, εἰς τ(ὰ) ἅγ(ια) Θεοφάνια ἤγουν εἰς τ(ὴν) Χριστοῦ γέννησιν cod. (M. 36, 312–353). [9] (ff. 157ᵛ–218ᵛ) oratio 43, in laudem Basilii Magni (M. 36, 493–605); legitur in fine doxologia amplior. [10] (ff. 218ᵛ–243) oratio 39, in sancta lumina (M. 36, 336–360). [11] (ff. 243–293ᵛ) oratio 40, in sanctum baptisma (M. 36, 360–425). Praeponitur argumentum ⟨Nicetae⟩: Ὁ παρὼν οὗτος λόγος ἀγωνιστικῶς (-ὸς al. man.) ἀποδείκνυται μὴ δεῖν μέλλειν, μηδὲ ἀναμένειν τὸ βάπτισμα, ἥνωται δὲ τῷ πρὸ αὐτοῦ· κατὰ δὲ περίστασιν διήρηται, τῆς ὥρας ἐκλυσάσης αὐτόν.. [12] (ff. 293ᵛ–300) oratio 11, ad Gregorium Nyssenum, εἰς Γρηγόριον τὸν ἀδελφὸν Βασιλείου τοῦ μεγάλου ἐπιστάντα μετὰ μίαν τῆς χειροτονίας ἡμέραν cod. (M. 35, 832–841). [13] (ff. 300–326) oratio 21, in laudem Athanasii, εἰς Ἀθανάσιον ἀρχιεπίσκοπον Ἀλεξανδρείας cod. (M. 35, 1081–1128); doxologia omittitur in fine. [14] (ff. 326–347) oratio 42, Supremum vale (M. 36, 452–492). [15] (ff. 347–368ᵛ) oratio 14, de pauperum amore (M. 35, 857–909). [16] (ff. 368ᵛ–385ᵛ) oratio 16, in patrem tacentem (M. 35, 933–964).

2 (ff. 386–391ᵛ) s. **Iohannis Chrysostomi** * in illud [Ps. 76, 4] *Memor fui Dei et delectatus sum* (M. 61, 689 ss.); abrumpitur in vv. τῶν δικαίων τὰ τεκ | (col. 696, 56).

Subscriptio rubra (f. 385ᵛ): Χ(ριστ)ῷ τελειώσαντι δόξα καὶ κράτος :· † ἐτελειώθ(η) τὸ παρὸν βιβλίον ὁ θεολόγος, ἤγουν οἱ ἑπτὰ (sic, δεκαεξ corr. manus recentior) λόγοι, διὰ χειρὸς Γεωργίου ἱερέως (καὶ) νομικοῦ τοῦ Μαμμύρη μη(νὸς) ἰανουαρ(ίου) εἰς τ(ὴν) γ', ἡμέρ(α) παρασκε(υῇ), ὥρα ς', ἰνδ. ιγ', ἔτους ,ςψοη'. Deinde atramento verba solita Ὥσπερ ξένοι κ. τ. λ. (cf. Vogel-Gardthausen, *Die griechischen Schreiber*..., p. 81).

Liber humore conspurcatus et blattis perterebatus, non sine scripturae damno. Hunc efficiunt fasciculi 49 quaterniones, praeter supremum foliorum septem. Fasciculi duo priores mature, ni fallor, perditi suppleti sunt. Fasciculi 3–49, quamvis linearum numero atque minii vel atramenti nitore discrepantibus, eidem manui tribuendi sunt et ratione sequenti sese excipiunt: [a] (ff. 17–72ᵛ) fasciculi 7 triplici cruce atque numeris γ'–θ' in fronte uniuscuiusque signati eisdemque numeris in calce singulorum instructi, linn. 36–38; [b] (ff. 73–216) fasciculi 18 eodem modo ac praecedentes ⟨α'–ιη'⟩ signati, linn. 42–45; [c] (ff. 217–280) fasciculi 8 in prima et ultima uniuscuiusque paginis imis

ιθ'–κς' signati, linn. 33; [d] (ff. 281–391) fasciculi 14 eodem modo ac praecedentes κη' (numerus κζ' omittitur) – μ' signati, linn. 36–42.

Rubro liquore exarantur orationum inscriptiones, voces κείμενον et ἑρμηνεία ante sectiones singulas s. Gregorii et Nicetae, litterae initiales. Manus vix recentior litteras quasdam renovavit; eadem fortasse adnotationes hic et illic addidit (e. g. ff. 258v. 260. 261. 263. 268v. 269v. 282v. 303. 320v. 343). Folia fere omnia humore laesa et terebrata laciniis et frustis chartaceis tempore quo liber compactus est inscite refecta sunt.

Integumenti tabulis saec. XVIII, ut videtur, corio rubro obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Maii card. bibliothecarii.

466 (olim 319). Saec. XIII–XIV, chartac., mm. 246×175, ff. I. 189, linn. circiter 55.

1 **S. Gregorii Nazianzeni** orationes XVI atque in easdem commentarius Nicetae Heraclensis, ut in codice 457, paucis mutatis; ad modum catenarum, in marginibus exterioribus plerumque distribuitur commentarius. [1] (ff. 5–8) oratio 1, in sanctum Pascha I (M. 35, 395–401), *ἡ ἐξήγησις τοῦ Ἡρακλείας.* [2] (ff. 8–24v) oratio 45, in sanctum Pascha II (M. 36, 624–664). [3] (ff. 25–30) oratio 44, in novam dominicam (M. 36, 608–621). Inde ab hoc loco desunt inscriptiones. [4] (ff. 30–38v) oratio 41, in Pentecosten (M. 36, 428–452). [5] (ff. 39–45v) oratio 15, in Maccabaeorum laudem (M. 35, 912–933), omisso scholio s. Iohannis Chrysostomi de filia Iephte. [6] (ff. 46–51v) oratio 24, in laudem s. Cypriani (M. 35, 1169–1193). [7] (ff. 51v–57) oratio 19, ad Iulianum tributorum exaequatorem (M. 35, 1044–1064). [8] (ff. 57v–65) oratio 38, in Theophania (M. 36, 312–333). [9] (ff. 65–88v) oratio 43, in laudem Basilii Magni (M. 36, 493–605). [10] (ff. 89–96v) oratio 39, in sancta lumina (M. 36, 336–360). [11] (ff. 96v–113v) oratio 40, in sanctum baptisma (M. 36, 360–425). [12] (ff. 113v–116v) oratio 11, ad Gregorium Nyssenum (M. 35, 832–841). [13] (ff. 116v–128) oratio 21, in laudem Athanasii (M. 35, 1081–1128). [14] (ff. 128–140v) oratio 42, Supremum vale (M. 36, 452–492). [15] (ff. 140v–151. 159. 153) oratio 14, de pauperum amore (M. 35, 857–909); scholia in ff. 140v–154. [16] (ff. 154–158. 152. 160–162) oratio 16, in patrem tacentem (M. 35, 933–964).

2 (ff. 162v–163) *τοῦ Βλεμμίδους,* hoc est **Nicephori Blemmidae** epistola ad Iohannem II Ducam de processione Spiritus sancti adversus Latinos (ed. Ioh. Mercati in *Bessarione*, an. XIX, 1915, p. 236–238).

3 Anonymi commentarius in locos selectos evangeliorum Matthaei, Lucae et Iohannis. Praemittitur (f. 164r-v) argumentum ex Cosma Indicopleusta, Theophilacto et Irenaeo desumptum, quod inc. *⟨Ο⟩ὗτος ὁ πρῶτος τῶν εὐαγγελιστῶν,* des. *μόσχος δὲ ἦν ὁ θυόμενος*

τότε (M. 88, 285 D 2–288 A 3, 288 B 15–D 15, 289 B 1–10 haud paucis mutatis aut in compendium redactis; M. 123, 145 C 12–148 C 1; M. 7, 885 B 6–887 B 6 quibusdam mutatis). [1] (ff. 164v–175v) ⟨in Matthaeum⟩. Scholion primum [in 1, 1] inc. ⟨*Τ*⟩*ίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν ὅρασις*, des. *σὺν τῷ πνεύματι ὁμοουσίῳ ὄντι* (cf. Theophylactus in M. 123, 148 C–149 A 11); ultimum [in 24, 29 ut videtur] des. *τοὺς πεσουμένους ἀστέρας ἐκ τοῦ ἰδίου οὐρανοῦ.* [2] (ff. 176–183v) ⟨in Lucam⟩. Scholion primum [in 1, 5] inc. ⟨*Λ*⟩*αμβάνει πρῶτον τὸν χρόνον*, des. *ἐν πνεύματι καὶ δυνάμει Ἠλίου* (cf. Cramer, Catenae in evangelia s. Lucae et s. Ioannis, Oxonii 1841, p. 7, 8); ultimum [in 24, 51] inc. ⟨*Τ*⟩*οῦτο ἐποίησε τῇ τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ*, des. *ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ. αὐτῷ ἡ δόξα κ. τ. λ.* [3] (ff. 183v–189) ⟨in Iohannem⟩. Scholion primum [in 1, 1] inc. *Τουτέστιν ἀπ' ἀρχῆς ἦν*, des. *ἐνυπόστατός ἐστιν* (cf. Theophylactus apud M. 123, 1136 D 12–1137 C 12); ultimum [in 21, 25] inc. ⟨*Μ*⟩*ὴ θαυμάσῃς εἰ τὰ γραφόμενα*, des. *ἐν τῇ θεολογίᾳ καὶ ἐπιγνώσει αὐτοῦ καὶ τοῦ Πατρὸς κ. τ. λ.* (Theophylactus apud M. 124, 317 A 3–C 3). Subicitur (f. 189) fragmentum de personis et naturis. Inc.⟨*Τ*⟩*ί ἐστι τὸ οὐ θεότητα ταλαντεύομεν ἤγουν ζυγοστατοῦμεν*, des. *ἰουδαϊκὸν καὶ ἀμφότερα κατεγνωσμένα.* [4] (ff. 189–189v) ⟨**Theophylacti** Bulgariae archiepiscopi enarratio in evangelium Matthaei 15, 44–52⟩ (M. 123, 289 A 13–292 C 6).

Praemittitur (f. 1r-v) *ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ ψηφαρίου...*, nempe tabulae additionis et deductionis in quinque columellis dispositae; sequuntur (ff. 2–4v) folia tria, quae scripturae vacant, eadem ratione divisa.

Scriptura minuta et densa, compendiis scatens. Liber constat, ni fallor, fasciculis 24 quaternionibus (si excipias tertium folia tria complectentem et supremum ternionem) in suprema uniuscuiusque pagina signatis (e. g. ff. 12v. 20v. 79v. 87v). Orationes singulas tres priores praecedit fascia cauliculas continens caeruleo et rubro coloribus in campo aureo pictas (ff. 5. 25. 30); earumdem orationum inscriptiones et litterae initiales minio distinguuntur; orationis quartae ornamentum (f. 39) imperfectum. Inde a f. 29v inscriptiones et litterae initiales desiderantur, spatio tamen ad eas excipiendas relicto. In fronte paginarum fere omnium invocationem † *ὦ Χ(ριστ)έ* adiecit librarius; lemmata, correctiones, additamenta plura manus fere aequalis videtur exarasse atque litteras, quae deciderant, renovasse.

F. 128v litteris inter se colligatis † *ὁ γοτθίας Ἀντώνιος* (metropolit. circa ann. 1386–1389).

Loca complura tineis perterebrata schedulis translucidis contecta sunt temporibus recentioribus; saeculo praeterito compagines omnes, quae pessum ibant, dissolutae sunt et laciniis chartaceis refectae.

F. 2 *N. 34. 4 Plu. secr.*; inferius *319. v.* | *466. n.* Ff. 2v–4v. 163v scriptura vacant. F. Ir-v *πίναξ* libri a ⟨Winckelmanno⟩ digestus.

Integumentum membranaceum, in cuius dorso tesserae gentiliciae Pii IX.

467. Saec. XIV, chartac., mm. 220×135, ff. I (add.). 300 (+ 121a), linn. 23 (ff. 252v–289v, linn. 27), in duas partes dispertitus (II, ff. 159–300).

1 **S. Gregorii Nazianzeni** orationes XVI. 1 (ff. 1–4) oratio 1, in sanctum Pascha I (M. 35, 396–401). 2 (ff. 5–30v) oratio 45, in sanctum Pascha II (M. 36, 624–664). 3 (ff. 31v–39v) oratio 44, in novam dominicam, *εἰς τὴν καινὴν κυριακὴν, καὶ εἰς τὸ ἔαρ, καὶ εἰς τὸν μ(ά)ρ(τυρα) Μάμαντα* cod. (M. 36, 608–621). 4 (ff. 40–53) oratio 41, in Pentecosten (M. 36, 428–452). 5 (ff. 53–65) oratio 15, in Maccabaeorum laudem, *εἰς τοὺς ἁγίους Μακκαβαίους* cod. (M. 35, 912–933). 6 (ff. 65v–78v) oratio 24, in laudem s. Cypriani, *εἰς τὸν ἅγ(ιον) ἱερομ(ά)ρ(τυρα) Κυπριανόν* cod. (M. 35, 1169–1193). 7 (ff. 79–89v) oratio 19, ad Iulianum tributorum exaequatorem (M. 35, 1044–1064). 8 (ff. 90–101v) oratio 38, in Theophania, *εἰς τὴν Χριστοῦ γέννησιν* cod. (M. 36, 312–353). 9 (ff. 102–158v) oratio 43, in laudem Basilii Magni, *εἰς τὸν μ(έ)γ(αν) Βασίλ(ειον) ἐπιτάφιος* cod. (M. 36, 493–605 A 8 *τοῖς λόγοις ἄξιον*). 10 (ff. 159–173v) oratio 39, in sancta lumina (M. 36, 336–360). 11 (ff. 173v–212) oratio 40, in sanctum baptisma, *εἰς τὰ ἅγια φῶτα* cod. (M. 36, 360–425). 12 (ff. 212v–217v) oratio 11, ad Gregorium Nyssenum, *εἰς Γρηγ(ό)ρ(ιον) ἐπίσκοπον Νύσσης* cod. (M. 35, 832–841). 13 (ff. 218–239v) oratio 21, in laudem Athanasii (M. 35, 1081–1128). 14 (ff. 240–256v) oratio 42, *εἰς τὴν τῶν ρν´ ἐπισκόπων παρουσίαν* cod. (M. 36, 457–492). 15 (ff. 256v–277v) oratio 14, de pauperum amore, *λόγος περὶ φιλοπτωχίας καὶ ἐλεημοσύνης, τῇ κ(υριακ)ῇ τῆς ἀπόκρ(εω)* cod. (M. 35, 857–909). 16 (ff. 278–290) oratio 16, in patrem tacentem, *εἰς τὴν πληγὴν τῆς χαλάζης* cod. (M. 35, 933–964) doxologia fusiore instructa.

2 ⟨**Nicetae Heracleensis**⟩ *ἀρχὴ τῶν ἐξηγήσεων*. Sunt revera scholia selecta in orationes 45, 43, 39. 1 (ff. 290v–291) scholia duo in orationem 45; prius, in vv. *Σώζει κἀκεῖ τοὺς πιστεύοντας* (M. 36, 657 A 15–B 1), inc. *Ἔσωσε δὲ ὁ Χριστός*, des. *τοῖς ἀκροαταῖς κρίνειν παρίεμι* (cod. 457, f. 56); alterum, in vv. *Τίς ἐστιν οὗτος ὁ παραγενόμενος ἐξ Ἐδὼμ* (M. 657 C 3–4), inc. *Ἑρμηνεία. Τουτέστιν ἀπὸ τῶν γηΐνων*, des. *τοιαῦτα γὰρ τὰ δράματα* (cod. 457, f. 57). 2 (ff. 291–298) scholia undecim in orationem 43; primum, in vv. *Πολλὰ μὲν οὖν σεμνὰ* (M. 36, 497 B 15), inc. *Φέρε δὴ ἀναλεξάμενοι*, des. *καὶ τελευταῖον Ὀρέστης* (cod. 457, f. 175); undecimum, in vv. *Τίς μὲν ῥητορικὴν τοσοῦτος* (M. 528 A 3), inc. *Ὅμηρος μὲν τὸ πνείουσα πυρὸς μένος*, des. *σοφία γίνεται* (cod. 457, ff. 191v–192). 3 (ff. 298–300v) scholia sex in orationem 39; primum, in vv. *οὐ Διὸς ταῦτα γοναὶ* (M. 36, 337 A 15), inc. *Μυθολογοῦσιν οἱ θεολόγοι τῶν Ἑλλήνων*, des. *ὁ Ζεὺς ὑπὸ τοῦ Κρόνου* (cod. 457, f. 237v); ultimum, in vv. *οὐδὲ ταύρων ξενοκτονίαι* (M. 137 C 10), inc. *Τῶν Ἑλλήνων ὡρμημένων*, abrumpitur in vv. *τῆς ἀπλοίας ἐπικρατούσης ...* (cod. 457, f. 239).

Scribae duo sese excipientes opus absolverunt. Prior orationes descripsit (ff. 7-52v. 55-290), in fine quarum addidit: *Στοῖχοι: — τέλος ἔσχηκε τῶν καλῶν ταύτη δέλτος | ἥνπερ καὶ συνέθετω* (sic) *τῷ πνεύματι ὁ μέγας | καὶ γρήγορος νοῦς, τὰ θεῖα θεολόγος:* —, deinde litteris inter se colligatis † *ὁ εὐτελὴς ἀναγνώστης Γεώργ(ιος) ὁ Παζῖκης* †. Alter Nicetae interpretationes exaravit (ff. 290v-300v). Folia quae perierant, nempe sex, ut videtur, priora atque duo post f. 52v, posterius suppleta sunt.

Codex humore conspurcatus non sine textus gravi damno. Constat fasciculis 39 quaternionibus (si excipias 5 folia septem et 7 folia novem complectentes, 1 (suppl.). 3. 8. 12. 18. 24 terniones), quorum notae fere omnes, in prima singulorum pagina ima sinistrorsum appositae, perierunt. Orationum ornatus et inscriptiones, litterae initiales, numeri rubro liquore distinguuntur.

Folia plura humore aut tineis laesa et perterebrata saec. XVI medio schedulis refecta sunt; scriptura, quae deciderat, eodem tempore iterata est, Iohanne Honorio a Mallia, ni fallor (e. g. ff. 86. 93. 102. 128v-141v) curante. Recentiore aetate folia nonnulla eisdem malis, praesertim ad margines, laborantia chartis translucidis contecta sunt aut frustis atque laciniis restaurata. Officinae chartariae signum singulare vidimus crucem latinam brachiis duobus instructam (cf. Briquet 5766). F. 31 vacuum. F. 4v, olim sine scriptura, inter varias conscribillationes sine pretio haec praebet: *questo libro e di dimitri* (?). F. Ir.v ⟨Winckelmanni⟩ *πίναξ*.

Integumentum membranaceum; in dorso tesserae gentiliciae Pii IX.

468 (olim 313). Saec. XIV, chartac., mm. 300×200, ff. I (add.). 356 (+ 243a.b), linn. 26 (ff. 1-216v). 31 (ff. 217-356).

1 S. Gregorii Nazianzeni orationes XVI. [1] (ff. 1-3) oratio 1, in sanctum Pascha I (M. 35, 396-401); des. *εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν.* [2] (ff. 3v-22) oratio 45, in sanctum Pascha II (M. 36, 624-664). [3] (ff. 22-28) oratio 44, in novam dominicam, *καὶ εἰς τὸν μάρτυρα Μάμαντα καὶ εἰς τὸ ἔαρ* add. cod. (M. 36, 608-621). [4] (ff. 28-38) oratio 41, in Pentecosten (M. 36, 428-452); vv. *ὥσπερ δὲ μυστικὴν — προκλήσεως* (433 B 5-11) obelo distincta sunt, monitione insuper facta: *τοῦτο τὸ χωρίον, ἐν ᾧ τὸ σημεῖον τοῦ ὀβελοῦ τέθειται, ὠβέλισται, ὡς παντάπασιν ἀνοίκειον ὂν τῇ ὑποθέσει· ὁ γὰρ πατὴρ οὗτος περὶ τοῦ ἑ π τ ὰ ἀριθμοῦ διαλέγεται καὶ οὐ περὶ τοῦ τ ρ ί α. τοῦτο δ' ὡς ἔοικεν ἑτέρου τινὸς προσθήκη ἐστίν· οὐδὲ γὰρ ἐπελάθετο ἑαυτοῦ, ὡς εἰπεῖν οὕτως, ὥστε τὰ τῆς προκειμένης αὐτῷ ὑποθέσεως ἀφεὶς παραδείγματα, ἐπὶ ἕτερα χωρῆσαι.* [5] (ff. 38-46v) *μηνὶ αὐγούστῳ α'*, oratio 15, in Maccabaeorum laudem (M. 35, 912-933). [6] (ff. 47-57v) *μηνὶ ὀκτωβρίῳ β'*, oratio 24, in laudem s. Cypriani, *εἰς τὸν μάρτυρα Κυπριανὸν ἐξ ἀγροῦ ἐπανήκων μετὰ μίαν τῆς μνείας ἡμέραν* cod. (M. 35, 1169-1193). [7] (ff. 57v-65v) *κυριακῇ πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως*, oratio 19, ad Iulianum tributorum exaequatorem (M. 35, 1044-1064). [8] (ff. 65v-74v) oratio 38, in Theophania (M. 36, 312-333). [9] (ff. 74v-121) *μηνὶ ἰουαννουαρίῳ α'*, oratio 43, in laudem Basilii,

λόγος ἐπιτάφιος εἰς τὸν μέγαν κ. τ. λ. cod. (M. 36, 493–605); lectionis publicae signa (στάσεις vel καθίσματα) in ff. 86. 98v. 111; f. 101v, in principio dialogi inter Basilium et praefectum (557 D ss.), monitio ad lectorem: ὀφειλεις, ὁ ἀναγινώσκων, λέγειν τὰς μὲν τοῦ ὑπάρχ(ου) ἐρωτ(ήσεις) θρασέως, τὰς δὲ τοῦ ἁγ(ίου) ἀπο(κρίσεις) ταπεινῶς. [10] (ff. 121–131) μηνὶ ἰουαννουαρίω ϛ', oratio 39, in sancta lumina, λόγος εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα cod. (M. 36, 336–360). [11] (ff. 131–159v) μηνὶ ἰουαννουαρίω ζ', oratio 40, in sanctum baptisma, λόγος παραινετικὸς εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα cod. (M. 36, 360–425). [12] (ff. 159v–163v) oratio 11, ad Gregorium Nyssenum (M. 35, 832–841 B 2 ἐποφθείσης ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ἀμήν). [13] (ff. 163v–182v) μηνὶ ἰουαννουαρίω ιη', oratio 21, in laudem Athanasii (M. 35, 1081–1128) in στάσεις duas distributa. [14] (ff. 182v–198v) μηνὶ ἰουανουαρίω κε', oratio 42, Supremum vale, λόγος εἰς τὴν τῶν κ. τ. λ. cod. (M. 36, 452–492) in καθ(ίσματα) duo divisa. [15] (ff. 198v–219v) oratio 14, de pauperum amore (M. 35, 857–909); notatur in folio 198v summo: οὗτο(ς) ὁ λόγ(ος) ἀναγινώσκεται τῇ κυ(ριακῇ) τῆς ἀποκρέω. [16] (ff. 219v–228v) oratio 16, in patrem tacentem, εἰς τὸν πατέρα σιωπόντα καὶ εἰς τὴν πληγὴν τῆς χαλάζης cod. (M. 35, 933–464).

2 s. **Basilii** [1] (ff. 229–235) homilia in sanctam Christi generationem * (M. 31, 1457–1476)). [2] (ff. 235–243) homilia in sanctum baptisma (M. 31, 424–444) in duo καθ(ίσματα) distributa, doxologia fusiore instructa.

3 [1] (ff. 244–272v) s. **Iohannis Chrysostomi** * de paenitentia sermo I, λόγος παραινέτικὸς περὶ μετανοίας καὶ ἐλεημοσύνης — ἀνθρώπων, καὶ περὶ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ cod. (M. 60, 681–698, l. 4 ab imo: μαλίστα τοῖς σπουδαιοτέροις). Sequitur, vel potius inseritur, nulla facta distinctione, [2] (ff. 272v, l. 16–278v) sermo de primo adventu Domini, ex testimoniis Veteris Testamenti maxime concinnatus, qui inc. Ἀναγκαῖον δὲ ἡγησάμην καὶ πάνυ ἐπωφελές, des. τῆς ἀναστάσεως ἀξιωθείημεν μέτοχοι καὶ κοινωνοὶ γενέσθαι, χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ κ. τ. λ. ut apud M. 60, 698 l. 4 ab imo — 700, 2.

4 s. **Ephraem** [1] (ff. 278v–291v) τῇ κυριακῇ τῆς ἀποκρέου, λόγος περὶ σωτηρίας ψυχῆς καὶ περὶ τῆς μελλούσης κρίσεως, qui inc. Ἡ ἀποταγὴ ἣν ἐπὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος. Convenit plane cum parte altera sermonis in secundum domini adventum (Assemanus II [graece et latine], p. 195 E 5–209); initium insuper sermonis huius (ff. 278v–281v, l. 16) a sermone de abrenuntiatione (Assemanus III, p. 215–219) non discrepat. [2] (ff. 291v–312) κυριακῇ τῶν ἁγίων πατέρων, sermo in pulcherrimum Ioseph (Assemanus II, p. 21–41), quem praecedunt versus quinque: Ὥσπερ γυναικὸς τῆς Αἰγυπτίας πάλαι | πέφευγας τὴν δύστηνον ἐπιμιξίαν, | οὕτως κἀμὲ λύτρωσαι τῆς τυραννίδος | τῆς σατανικῆς, ὅπως ὑμνῶ σε, μάκαρ | Ἰωσήφ, πάγγαλε (sic) Θεοῦ θεράπον.

5 s. **Basilii** [1] (ff. 312–321ᵛ) homilia in illud *Attende tibi ipsi* (M. 31, 197–217) in duo *καθίσματα* divisa. [2] (ff. 321ᵛ–329ᵛ) *μηνὶ μαρτίῳ θ'*, homilia in XL martyres (M. 31, 508–525) in duo *καθίσματα* divisa. [3] (ff. 329ᵛ–340ᵛ) homilia in sanctum baptisma (M. 31, 424–444).

6 (ff. 340ᵛ–356) s. **Anastasii Sinaitae** oratio in psalmum VI, *λόγος εἰς τὸ « Κύριε, μὴ τὸ* (sic) *θυμῷ σου ἐλέγξῃς με » καὶ περὶ μετανοίας* cod. (M. 89, 1077–1116) in duo *καθίσματα* distributa.

Codex diligenter exaratus et lectioni publicae aptatus. Constat duabus partibus in unam compactis. Fasciculi 46, ex quibus triginta unum (quaterniones, si excipias 31 quinque foliorum) in fronte et in calce singulorum notis α'–λα' distincti partem priorem (ff. 1–243ᵇ) efficiunt, fasciculi quindecim (quaterniones, excepto supremo, quod folio tantum uno constat) eodem modo ac praecedentes α'–ιε' signati partem alteram (ff. 244–356). Orationum ornatus et inscriptiones, litterae initiales rubra. Emendationes in f. 3ʳ·ᵛ. S. Gregorii dictiones nonnullas interpretatus est in margine lector coaevus, inde a f. 11 usque ad f. 112ᵛ. Officinarum chartariarum signa: [a] (ff. 1–103) pirum inter duo folia (cf. Briquet 7345), [b] (ff. 105–128) circuli duo linea recta in crucem desinente divisi (cf. Briquet 3174), [c] (ff. 130–208) arcubalista (cf. Briquet 706), [d] (ff. 219–351) malleus (Briquet 11169).

F. 468 notulae grammaticales et versus octo (⟨ ⟩ύλην ἀπλανῆ τῆς γραφῆς ὃς ἂν θέλῃ — ⟨ο⟩ὕτω γὰρ δρέψεται καλῶν πάντων ἄκρον) quae cancellata sunt.

Ff. 243ᵛ. 243ᵃ·ᵇ. 351ᵛ. 352ᵛ vacua. F. I πίναξ ⟨Winckelmanni⟩.

Integumenti tabulis ex corio rubro saec. XVII, ut videtur, obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

469 (olim 591). Saec. XI (ff. 329–336 saec. XII–XIII; ff. 1–79. 97. 98. 101. 102. 337–352 saec. XIV), membran., mm. 262 × 218, linn. 29–36.

S. Gregorii Nazianzeni orationes. [1] (ff. 1–2) oratio 1, in sanctum Pascha I (M. 35, 396–401). [2] (ff. 2–10ᵛ) oratio 45, in sanctum Pascha II, *ἕτερος λόγος εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα* cod. (M. 36, 624–664). [3] (ff. 10ᵛ–19ᵛ) oratio 21, in laudem Athanasii, *ἐγκώμιον εἰς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον* cod. (M. 35, 1081–1128). [4] (ff. 19ᵛ–23) oratio 38, in Theophania, *εἰς τ(ὴν) γενέθλιον τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ* cod. (M. 36, 312–333). [5] (ff. 23ᵛ–41ᵛ) oratio 43, in laudem Basilii Magni (M. 36, 493–605 A 8 *τοῖς λόγοις ἄξιον*). [6] (ff. 41ᵛ–45ᵛ) oratio 39, in sancta lumina (M. 36, 336–360). [7] (ff. 45ᵛ–57) oratio 40, in sanctum baptisma (M. 36, 360–425). [8] (ff. 57–62ᵛ) oratio 42, Supremum vale (M. 36, 452–492). [9] (ff. 62ᵛ–65) epistola 101, *ἐπιστολὴ πρώτη πρὸς Κληδόνιον πρεσβύτερον* cod. (M. 37, 176–193). [10] (ff. 65–66ᵛ) epistola 102, *πρὸς τὸν αὐτὸν Κληδόνιον δευτέρα ἐπιστολή* cod. (M. 37, 193–201). [11] (ff. 66ᵛ–67) epistola 202, ad Nectarium (M. 37, 329–339) addita conclusione *ἐρρωμένον σε — τῶν ἐκκλησιῶν*.

α', hoc est cap. quinquies centen. centuria I, 1 (f. 1); des. ⟨π⟩ερὶ πρακτικῆς καὶ φυσικῆς θεολογίας (κ)ε(φά)λ(αιον) ϛϛ' (φ)ύλλ(ον) σθ', hoc est cap. theologiae et oeconomiae centuria II, 96 (f. 209); eadem lemmata in summis foliis graece numeratis perscribuntur.

2 (ff. 211–212) alia manu hymnus in honorem B. M. V., περὶ τὴν τιμιωτέραν cod., initio fortasse mutilus. Inc. Κιβωτὸν καὶ πλάκα τὴν ἱερὰν, des. τὸν κύριον τῆς δόξης ὃν μεγαλύνομεν.

In spatiis vacuis aut in marginibus ff. 210–212ᵛ et in f. 213ʳ·ᵛ exaratae sunt eadem manu quae s. Maximi centurias perscripsit, sententiae nonnullae de vera sapientia; priores ex Proverbiis concinnatae sunt (Μνήμη δικαίου μετ᾽ἐγκωμίου [10,7] — χείλη δὲ ἀνδρῶν σοφῶν ἐπίσταται χάριτας [cf. 10,21]); aliae nomina prae se ferunt (f. 213ᵛ) ss. Apostolorum (canon?), (f. 212ʳ·ᵛ) Basilii, (f. 213ᵛ) Epicteti, (f. 211ᵛ) Ioh. Climaci, (f. 212ᵛ) Isaac, (f. 211ᵛ) Procli. Nonnulla perierunt aut lectu difficilia facta sunt, foliis humore inquinatis atque charta nunc crocea contectis.

Liber currenti calamo, atramento pallidiore perscriptus. Constat fasciculis 27 quaternionibus, si excipias sextum foliorum septem et ultimum hodie ternionem, in prima uniuscuiusque pagina ima signatis. Folia singula, ut dictum est, notis graecis ab illo qui πίνακα praevium digessit, instructa.

F. I manu ⟨Nicolai Maiorani⟩ syllabus brevissimus *Max opera* cancellatus, et inferius: *Maximi diversj tractatus theologici et ęconomici.* Ibidem agglutinatae sunt schedulae duae anno 1550 posteriores; prior haec praebet: *Origenis philocalia et alia | alioru(m) | . 261.* quae ad codicem 388 pertinent; altera vero: *Maximi confes. capita diver|sa theologica et alia eiusdem | . 341* (*1* in rasura). F. IIʳ·ᵛ πίναξ ⟨Winckelmanni⟩. Folia nonnulla humore et tineis laesa chartis refecta.

Integumentum membranaceum; in dorso tesserae gentiliciae Pii IX et A. Tosti card. bibliothecarii.

511 (olim 602). Saec. X et XI, membran., mm. 258×192, ff. XI (II-XI chartac. add.) 204. Partes tres in unum compactae. I (ff. 1-78ᵛ) saec. XI, linn. 27. II (ff. 79-142ᵛ) saec. XI, linn. 28. III (ff. 143 ss.) saec. X, linn. 27-31.

I. — ⟨α'⟩ **S. Maximi** vita et opera varia. [1] (ff. 1–31) μ(ηνὶ) αὐγούστῳ ιγ', vita s. Maximi (recensio C, de qua cf. Analecta Bollandiana XLVI, 1929, p. 11); desiderantur vv. ἐπὶ ἱκαν]ὴν ὥραν-αὐτὸν πτύσμασιν, ὧνπερ (M. 90, 145 B 12–164 C 5) uno fasciculo post f. 16ᵛ perdito. [2] (ff. 31–33) ex libro Ambiguorum excerptum sub inscriptione εἰς τὸ ῥητ(ὸν) τοῦ ἁγίου Κυρίλλου (re vera Ps.-Dionysii Areop.) Καινήν τινα καὶ θεανδρικὴν ἐνέργειαν. Inc. Ἀκριβῶς εἰδὼς τὰς τῶν γενησομένων ἀμφιβολίας ὁ διδάσκαλος κ. τ. λ. (M. 91, 1056 B 4–1060 D). [3] (ff. 33–34ᵛ) de voluntatibus et operationibus capita

decem, ut in cod. 402 ff. 128–129v et cod. 504 f. 146. [4] (ff. 34v–40v. 49–56v. 41–48v. 57–61) disputatio cum Pyrrho, *Ἡ γενομέ(νη) ἐν Ἀφρικῇ διάλε(ξις) τοῦ ὁσ(ίου) Μαξίμ(ου) πρὸς Πύρον* cod. (M. 91, 288–353). [5] (ff. 61–65v) Theodori Byzantini monothelitae quaestiones et Maximi solutiones (M. 91, 216–228). Sequuntur (ff. 65v–66v) **s. Cyrilli Alexandrini** anathematismi, *κε(φάλαια) ὀρθοδοξίας ιβʹ* cod. (ep. 17 apud M. 77, 120 B–121 D).

βʹ **Nicetae** hegumeni **Mediciensis** florilegium de sacris imaginibus, *τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν καὶ ὁμολογητ(οῦ) Νικήτ(α) τοῦ Μηδικίου ἐκλο(γὴ) περὶ τῆς τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκυνήσεως* cod. Citantur (ff. 66v–67) *φωνὴ τοῦ ἁγίου ἀποστόλου Πέτρου*, (f. 67) Ps.-Dionysius Areopagita, Athanasius, (f. 67r.v) Basilius, (f. 67v) Gregorius *τῆς μ(ε)γ(άλης) Ἀρμενίας*, Gregorius Thaumaturgus, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, (ff. 67v–68) Ioh. Chrysostomus, (f. 68) Epiphanius, Cyrillus Alexandrinus, Leontius, Anastasius, (f. 68r.v) Stephanus Bostrensis, (f. 68v) Symeon a monte mirabili, concilium oecum. septimum.

⟨*γʹ*⟩ *περὶ τοῦ μὴ συνκοινω(νεῖν) τοῖς αἱρετικοῖς.* Sunt testimonia (ff. 68v. 69) *διατάξεων* ss. Apostolorum, (f. 69) Athanasii, (ib.) Basilii, Ignatii, (f. 68v) Ioh. apostoli, (f. 69) Ioh. Chrysostomi, (f. 69v) Leontii Neapolitani, (ff. 68v–69) s. Pauli. Sequitur exhortatio ⟨Nicetae Mediciensis?⟩ (*Ταῦτα μέν, πνευματικοὶ ἡμῶν ἀδελφοί, ἐκ πολλῶν ὀλίγα συλλέξαντες – περὶ τῆς ἐν ἡμῖν ἐλπίδος*).

⟨*δʹ*⟩ de Iudaeis. [1] (ff. 69v–70) de festis Hebraeorum, nempe de festo Azymorum et de festo Tabernaculorum. Inc *Νηστεύουσιν οἱ Ἑβραῖοι*, des. *ὅτι ὁ λευϊαθὰν ἰχθύς ἐστι μέγας τῶν ἐν τῇ θαλά(σσῃ).* [2] (ff. 70–71) quomodo recipiendus est Hebraeus ad fidem christianam conversus (Goar, Euchologium, Lutetiae Parisiorum 1647, p. 344–345; cf. F. Cumont, *Une formule grecque de renonciation au judaïsme*, in *Wiener Studien* XXIV 1902, p. 462–472).

εʹ (ff. 71–75) *ἐκ τ(οῦ) τόμου τῆς ὀρθοδοξίας μετὰ τὸ προοίμιον.* Sunt definitiones, acclamationes ad cultum ss. imaginum et earum defensores praesertim spectantes, anathemata contra iconomachos. Nominantur patriarchae Germanus, Tarasius, Nicephorus, Methodius, Ignatius, Photius, Ste(phanus), Nicolaus (cf. tomus unionis an. 921, apud Rhalli–Potli Syntagma canonum V, p. 9). Inc. *Τῶν τὴν ἔνσαρκον τοῦ θεοῦ λόγου παρου(σίαν)* des. *καὶ ἄλλο τι καινοτομοῦντας ἢ ἐπινοοῦντας κατὰ τῆς πίστεως, ἀνάθ(εμα): τέλος.* Nonnulla ex his quae describuntur, recurrente dominica orthodoxiae, in ecclesia graeca leguntur (cf. Triodium, ed. Romae 1879, p. 240 ss.); codex vero plenior habetur, multaque ad eventus recentiores pertinentia exhibet.

ς′ de haeresibus varia. Praemittitur inscriptio τοῦ Χρυσοστό(μου) ἐκ τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῆς. [1] (ff. 75–76) opusculum sine pretio de haereticis, praesertim de adversariis conc. Chalcedonensis et de Severi sectatoribus. Inc. Ἰστέον ὅτι ἐξ ἀμετρίας πᾶσαι αἱ αἱρέσεις ἐξέπεσον, des. τὸ δὲ κοινὸν ἐκεῖνο, φύσιν καὶ οὐσίαν. [2] (f. 76r.v) ἀπὸ τῶν θεοτοκίων στιχηρ(ῶν) s. Ioh. Damasceni τοῦ μελωδ(οῦ) in Arium, Sabellium, Macedonium, Apollinarem, Origenem, Didymum, Evagrium, Montanum, Nestorium, Eutychetem, Dioscorum, Severum, Iulianum, Petrum (Mongum), monothelitas. Inc. Εὐφραινέσθω τῶν ὀρθοδόξων ἡ ἐκκλησία, des. καὶ δύο φυσικὰ θελήματα ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ. Sequuntur (ff. 76v–77) alia de VII synodo, de Manichaeis, de Christo perfecto homine et perfecto Deo (inc. Προσέτι καὶ οἱ πᾶσαν τὴν οἰκονομίαν, des. πάντα διπλᾶ λέγομεν, τάς τε φωνὰς καὶ μορφάς, ἐνεργείας καὶ θελήματα τοῦ ἐν μέσῳ Πατρὸς καὶ ἁγίου πνεύματος). [3] (ff. 77–78v) τὰ γραφέντα πα(ρὰ) τοῦ πατριάρχ(ου) Σεργίου πρὸ(ς) τὸν βα(σιλέα) ἡμ(ῶν) τὸν ἅγιον τὸν κῦ(ρ) Κω(νσταντῖνον), Sergii II [998–1019] ad Const. VIII?, περὶ Νεστοριανῶν καὶ Ἰακωβιτῶν. Inc. Τὰ ἱερὰ δόγματα καὶ μάλιστα τὰ περὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας, in margine τοῦ Νικ( ); abrumpitur in vv. ὥσπερ οὖν οἱ Νεστοριανοί.

II. – **Petri Siculi** adversus Manichaeos et Paulicianos. [1] (ff. 79–80) ⟨doctrina haereticorum⟩. Inc. abrupte ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, des. τινὰς δὲ ἐξ αὐτῶν πρὸς τοὺς γονεῖς καὶ μόνον ἑαυτῶν διαφέρεσθαι λέγουσιν. [2] (ff. 80v–111v) historia et refutatio haereseos (M. 104, 1240–1304, ex nostro codice); f. 88 manu longe posteriore scholion (M. 1255, n. 13), aliud f. 91 (M. 1261, n. 18). [3] adv. Manichaeos (M. 1306–1349, ex nostro cod.), nempe (ff. 111v–124v) sermo I, (ff. 132–139v) sermo II, (ff. 141–142v) sermo III; unumquemque sermonem excipiunt (ff. 124v–132, 139v–141, 142v) μαρτυρίαι τῆς θείας γραφῆς (N. T.) συνηγοροῦσαι τῷ ῥηθέντι λόγῳ; ultima des. abrupte in vv. αἷμά μου τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυννόμενον (Marc. 14, 24).

III. – **1** (ff. 143–150v) **Gregorii archidiaconi** et refendarii magnae ecclesiae CP. λόγος, ὅτι νόμοις ἐγκωμίων οὐχ ὑπόκειται τὸ παράδοξον, καὶ ὅτι πατριάρχαι τρεῖς ἀνετάξαντο ἐκμαγεῖον εἶναι Χριστοῦ ὅπερ ἀπὸ τὰ Αἴδεσσα μετ' ἐνακόσια ἔτη καὶ ἐννεακαίδεκα μετηγάγετο σπουδῇ βασιλέως εὐσεβοῦς ἐν ἔτει ςυνβ. Agitur de Christi imagine Edessena anno 944 Constantinopolim translata; citatur (ff. 144–146) epistola patriarcharum Christophori Antiochiae, Iob Alexandriae, Basilii Hierosolymorum ad Theophilum imperatorem, in qua epistolae Abgari et Christi et quaedam, ut videtur inedita, de actis Taddaei. Inc. Παράδοξος ἡ πανήγυρις, ὅτι καὶ τὸ ὑπὲρ οὗ συγκεκρότηται, des. ἐπιδαψίλευε πᾶσιν ἡμῖν ἵνα δόξαν εὐχάριστον ἀναφέρωμεν τῷ πατρὶ καὶ σοὶ τῷ υἱῷ κ. τ. λ.

2 (ff. 151–204) **Eustratii** presbyteri magnae ecclesiae CP. refutatio eorum qui dicunt, humanas animas statim atque propriis corporibus solutae sunt, non operari: neque Deo pro iis precibus effusis et sacrificiis oblatis utilitatem consequi (L. Allatius, De utriusque ecclesiae... in dogmate de purgatorio consensione, Romae 1655, p. 336–580, ex nostro codice).

Liber constat tribus partibus in unum compactis. I (ff. 1-78v) Fasciculi olim saltem ια' quaterniones in prima singulorum pagina signati; perierunt fasc. γ' (post f. 16v), folia duo suprema fasc. ια'. II (ff. 79–142v). Fasciculi quaterniones hodie octo γ'–ι' signati, duobus prioribus perditis. III (ff. 143 ss.) Fasciculi quaterniones octo, si excipias supremum ternionem, in prima singulorum pagina signati (cf. ff. 183. 191); fasciculi octavi folia primum et ultimum, quae desiderabantur (199. 204), supplevit <Ioh. Honorius a Mallia>; cetera perierunt. Lacunis hiat f. 203.

Fuit olim B. Fulgosi vel Fregosi ducis Genuensis ann. 1478-1483, ut edocet nota f. 1: *Baptistae Fulgosi exemplar.*

De libro quaedam habes apud Analecta Bollandiana XXI, 1902, p. 7.

Tabulae corio castaneo signato contectae, fibulis olim munitae; in medio tabulae anterioris tesserae gentiliciae Pauli III; ibidem et in dorso schedulae saec. XVIII cum nota rubra *511.*

512 (olim 779). Saec. X–XI (ff. 17. 96. 122–126. 128–140. 184. 216. 222–228. 231. 259. 299–324. 342 saec. XVI medii), membran., mm. 373×272, ff. IV. 342 (191–199 librarii neglegentia omissis), coll. 2, linn. 27–29.

S. Iohannis Chrysostomi in Genesim homiliae XXV priores (M. 53, 21–229). Praemittitur (ff. I–IVv) tabula. (ff. 1-8v) homilia 1. (ff. 8v–17v) hom. 2. (ff. 17v–29) hom. 3. (ff. 29-43) hom. 4. (ff. 43–53v) hom. 5. (ff. 53v–64) hom. 6. (ff. 64–76) hom. 7. (ff. 76v–86v) hom. 8. (ff. 86v–96) hom. 9. (ff. 96v–111v) hom. 10. (ff. 112–124v) hom. 11. (ff. 125–134v) hom. 12. (ff. 134v–143v) hom. 13. (ff. 143v-156v) hom. 14. (ff. 156v–169) hom. 15, omissa doxologia. (ff. 169–183v) hom. 16. (ff. 184–216v) hom. 17, quae des. τῶν ἡτοιμασμένων τοῖς ἠγαπηκόσιν αὐτὸν (M. 148, 6) χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ κ. τ. λ. (ff. 216v–231v) hom. 18. (ff. 231v–244v) hom. 19, omissa doxologia. (ff. 244v–258v) hom. 20. (ff. 259–268v) hom. 21. (ff. 268v–288) hom. 22. (ff. 288v–304) hom. 23. (ff. 304v–321) hom. 24. (ff. 321v–342) hom. 25.

Codex accurate perscriptus, cuius forma originalis aegre conicitur, foliis antiquis nonnullis fasciculorumque notis perditis. Constat fasciculis quadraginta duobus quaternionibus (si excipias 40. 42 quiniones, 17. 32 terniones, 16. 18. 28 foliorum septem), quos praecedit, extra supputationem ut opinor, binio (ff. I–IV) tabulam continens. Tabula et inscriptiones charactere unciali, quem dicunt, exaratae; πύλαι, inscriptiones fere omnes, litterae initiales maximae rubro colore et auro distinctae. Homilia prima sine numero, quarta et ceterae iuxta textum scripturae δ'–<κε'> signatae, secunda vero et subsequentes, in summis foliis a quibus exordium habent, ὁμιλία α' – <κδ'>. Folia quinquaginta

novem saec. XVI medio ⟨a Ioh. Honorio a Mallia⟩ suppleta. In tabula anteriore aversa syllabus anno 1550 posterior, *Io: Chrys: in Genesim.* | *779,* nuper repertus.

Ferro excisi sunt margines complures exteriores et inferiores, sine tamen textus damno; folia complura, praesertim in initio libri, tineis perterebrata, utcumque refecta.

Integumenti tabulis corio rubro saec. XVIII, ut videtur, obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

513 (olim 343). Saec. XI (ff. 198. 199 saec. XVI med.), membran., mm. 360×273, ff. II. 200 (I et 200 add.), coll. 2, linn. 37.

S. Iohannis Chrysostomi in Genesim homiliae XXX priores (M. 53, 21–282). (ff. 1–4) homilia 1, *ὁμιλία παραινετικὴ ῥηθεῖσα – τεσσαρακοστῆς* cod. (ff. 4–8) hom. 2. (ff. 8–12^{v}) hom. 3. (ff. 12^{v}–18) hom. 4. (ff. 18–22^{v}) hom. 5. (ff. 22^{v}–28) hom. 6. (ff. 28–33^{v}) hom. 7. (ff. 33^{v}–38) hom. 8. (ff. 38^{v}–42) hom. 9. (ff. 42^{v}–49) hom. 10. (ff. 49–54) hom. 11. (ff. 54^{v}–59) hom. 12. (ff. 59–63^{v}) hom. 13. (ff. 63^{v}–69) hom. 14. (ff. 69–74^{v}) hom. 15. (ff. 74^{v}–81) hom. 16. (ff. 81–92) hom. 17 ut in cod. 512. (ff. 92–99^{v}) hom. 18. (ff. 99^{v}–105^{v}) hom. 19. (ff. 105^{v}–112^{v}) hom. 20, *Καὶ ἔγνω Κάϊν – καὶ ἦν οἰκοδομῶν πόλιν* cod. (ff. 112^{v}–120^{v}) hom. 21. (ff. 120^{v}–129^{v}) hom. 22. (ff 129^{v}–137) hom. 23. (ff. 137–146^{v}) hom. 24. (ff. 147–156) hom. 25. (ff. 156–164^{v}) hom. 26. (ff. 164^{v}–174^{v}) hom. 27. (ff. 174^{v}–182) hom. 28. (ff. 182–192) hom. 29. (ff. 192–199^{v}) hom. 30. *Ἠθικῶν α΄–λ΄* lemmata in summis foliis a quibus exordium sumunt perscripta: *α΄*, ante vv. *Μὴ δὲ ῥαθυμῶς* (M. 25, 24), *Ὅτι δεῖ τῆς τρυφῆς καταφρονεῖν, τῆς δὲ ἀρετῆς ἐπιμελεῖσθαι*; *λ΄*, ante vv. *Ηκούσατε, ἀγαπητοί, πόθεν* (M. 279 ε΄), *Ὅτι χρὴ μετὰ τῆς νηστείας καὶ ἀδιαλείπτως εὔχεσθαι*; homilia undecima monitione *ἰστεόν ὅτι ὅλος ὁ λόγος ἠθικός ἐστιν* instructa.

Fasciculi 25 quaterniones in fine uniuscuiusque signati (cf. ff. 88^{v}. 144^{v}. 152^{v}. 168^{v}). *Πύλη* f. 1, litterae initiales maximae multicolores; homiliarum inscriptiones, litterae initiales maiores rubrae. Praemittuntur f. I^{v} versus duodecasyllabi duodecim charactere unciali, quem dicunt, exarati: *Τὸν οὐρανὸν τίς δημιουργεῖ τῷ λόγῳ, Καὶ γῆν ἐφαπλοῖ, Μωϋσῆς καθὼς γράφει, Καὶ τἆλλα πάντα τῶν θεόπτου ῥημάτων, Ἐνταῦθά μοι γνοὺς ἐκ λόγων Χρυσοστόμου, Τορώτερον σάλπιγγος ἠχήσεις λέγων· Σῆς ἔργα ταῦτα χειρός, ὦ παντοκράτορ, Ἧι πᾶν ὑπέστη καὶ συνέστη καὶ μένει, Ὡς οἶδας αὐτός, ὡς ἐπίστασαι μόνος. Ἀλλ' ὦ βραχίων δεξιᾶς ἀκηράτου, Τὸν ταῦτα χειρὸς ἔργα νῦν καλλιγράφου, Δείξαντα καὶ προθέντα κοινὴν εἰς χάριν, Σώζειν καταξίωσον οἷς οἶδας τρόποις.* Obiectiones non semel obelis signatae (ff. 67. 86^{v}. 103. 122. 156^{v}. 185^{v}), orationis figurae pluries indicatae (e. g. *ἐρώ(τησις)* et *ἀπό(ρησις)* vel *λύ(σις)* in ff. 108. 118. 143. 189, *γνώ(μη)* in ff. 123. 125^{v}. 151. 183^{v}). Littera initialis maxima *T* hom. 22 (f. 120^{v}) ferro excisa.

F. I inter alia sine pretio, manu saec. XIV, versus iambici sex (*Θεὸς τὸ διττὸν οὐκ ἔχων τῶν πνευμάτων κ. τ. λ.*) ut in cod. 459, f. 274; inferius, manu ut opinor antiquiore nota possessoris: *τῆς μονῆς τῆς ἐν τῇ νή(σ)ῳ Ὀξεί(α)*, in Propontide.

Ff. 198. 199 supplevit ⟨Ioh. Honorius a Mallia⟩, qui ff. 87. 187 restauravit. F. Ir-v *πίναξ* libri a Winckelmanno, qui nomen semel inscripsit, digestus.

Integumenti tabulis saec. XVIII corio rubro obductis agglutinatum dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

514 (olim 344). Saec. XI (ff. 9. 16 saec. XIV), membran. (f. II chart.), mm. 362×268, ff. IV (I. II add.). 263, coll. 2, linn. 33.

S. Iohannis Chrysostomi in Genesim homiliae XXX priores (M. 53). Homiliae I reliquiae, nempe (f. IIIr-v) inde a vv. *Οἱ γὰρ μέθυσοι* usque ad vv. *καὶ ἑτέρων πάλιν* (M. 23, 17–24, 12) atque (f. IVr-v) inde a vv. *ἅπαντα τὰ ἀνθρώπινα* (M. 25, l. 6 ab imo) usque ad finem. (ff. IVv–4v) hom. 2; desiderantur vv. *δὴ τρόπον καὶ ἡμεῖς — κείμενα καὶ ἅπερ* (M. 26, l. 7 ab imo — 28, l. 16 ab imo), duobus foliis post IVv perditis. (ff. 4v–12v) hom. 3. (ff. 12v–21) hom. 4. (ff. 21v–28) hom. 5. (ff. 28–36v) hom. 6. (ff. 36v–44v) hom. 7. (ff. 44v–51) hom. 8, *Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς — καὶ καθ' ὁμοίωσιν* cod. (ff. 51–57) hom. 9. (ff. 57–66v) hom. 10. (ff. 67–74v) hom. 11. (ff. 75–82) hom. 12. (ff. 82–88) hom. 13. (ff. 88v–96) hom. 14. (ff. 96–104) hom. 15. (ff. 104–113) hom. 16. (ff. 113v–128) hom. 17 ut in cod. 512. (ff. 128–138) hom. 18, *Ἐκάλεσεν Ἀδὰμ — μήτηρ πάντων τῶν ζώντων* cod.; finis homiliae, post vv. *ὑπέμεινεν τιμωρίαν* (M. 158, 16), editis brevior. (ff. 138–146) hom. 19. (ff. 146–154v) hom. 20, *Καὶ ἔγνω Κάϊν — οἰκοδομῶν πόλιν* cod. (ff. 155–165v) hom. 21. (ff. 165v–177) hom. 22, *Καὶ ἦν Νῶε — τὸν Ἰάφεθ* cod. (ff. 177–186v) hom. 23. (ff. 187–198v) hom. 24. (ff. 199–210v) hom. 25. (ff. 210v–221) hom. 26, *Καὶ ἐμνήσθη — ἐν τῇ κιβωτῷ* cod.. (ff. 221–233v) hom. 27. (ff. 233v–242v) hom. 28. (ff. 242v–254v) hom. 29. (ff. 254v–263) hom. 30; desiderantur vv. *οὐχὶ μὴ γένοιτο — εἰς δέον χρώμεθα* (M. 278, 39–279, 39) uno folio post 259v perdito. Ethicorum lemmata absunt.

Efficiebant codicem fasciculi λε' quaterniones, praeter 11. 32. 35 terniones et 28 septem foliorum, in prima singulorum pagina ima media signati. Perierunt fasciculus primus totus (duobus foliis exceptis, quae nuperrime in codice Vat. latino 1511 reperta, ubi 167. 166 numerabantur, in loco suo reposita sunt: ff. III. IV), fasciculi tricesimi quinti folia primum et ultimum. Ff. 9 et 16 avulsa suppleta sunt saec. XIV ab illo fortasse qui plura cod. 455 restauravit.

Scriptura accurata. Ornatus et litterae initiales maximae caeruleo et rubro, inscriptiones et litterae maiores rubro coloribus distincta.

F. 262 inscriptio erasa; f. 263 † *Μιχαὴλ τοῦ σκαράνου* †; inferius alia manu † *χάρισμα καὶ τοῦτο Μιχαὴλ μαχητ(ά)ρ( ): —* f. 263v *ὁ ἀτελης (?) ιερεὺς τῆς ἁγιωτ(ά)τ(ης) μ(ητ)ροπ(ό)λεως Φιλαδελ(φ)ίας Μα(νουη)λ ὁ μελαχρινὸς, μαρτ(ίου) κη ινδ. α'. οἱ ἀναγινώσκοντες ευχεσθαὶ μοί διὰ τὸν κ(ύριο)ν.*

Margines inferiores ff. 40. 41. 52. 174, exterior f. 8 resecti sine scripturae damno. Fasciculi singuli inde a β' litteris latinis saec. XV–XVI insigniti. F. 263v manu saec. XV–XVI ⟨Demetrii Lucensis?⟩ *Io. chry. exameros sin(e) p(ri)n(cipi)o*; f. Iv eadem fere leguntur manu ⟨Nicolai Maiorani⟩. In calce f. I *u. 344* | *n. 514*. F. IIr.v πίναξ ⟨Winckelmanni⟩.

Integumenti tabulis saec. XVIII corio rubro obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

515 (olim 342). Saec. XI–XII (ff. 9–22. 39. 42. 43. 46 saec. XIII), membran. (f. II chartac.), mm. 388×300, ff. II (add.). 248 (+66a), linn. 31.

1 **S. Iohannis Chrysostomi** [1] in Genesim homiliae XXX priores (M. 53). (ff. 1–4) homilia 1. (ff. 4–8) hom. 2. (ff. 8–12v) hom. 3 (ff. 12v–18) hom. 4. (ff. 18–22) hom. 5. (ff. 22–27v) hom. 6. (ff. 27v–33v) hom. 7. (ff. 33v–38v) hom. 8. (ff. 38v–42v) hom. 9. (ff. 42v–49v) hom. 10. (ff. 49v–55v) hom. 11. (ff. 55v–61) hom. 12. (ff. 61–66) hom. 13. (ff. 66–71) hom. 14. (ff. 71–77) hom. 15. (ff. 77–84v) hom. 16. (ff. 84v–96) hom. 17, *Καὶ ἤκουσαν — τὸ δειλινόν. Καὶ ἐκρύβησαν — ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες* (Gen. 3, 9–12) cod.; omittuntur vv. *ἃ ὀφθαλμὸς — ἡμᾶς ἀξιωθῆναι*, sicut in praecedentibus codd. (ff. 96–104v) hom. 18. (ff. 104v–110v) hom. 19. (ff. 110v–117v) hom. 20. (ff. 117v–125v) hom. 21; vv. *Καὶ ἔζησε — τὰ λειπόμενα ταμιευσόμεθα* (M. 181, 23–182, l. 5 ab imo) translata leguntur post vv. *φθάσωμεν τῆς ἀρετῆς μέτρον* (183, 29). (ff. 125v–134v) hom. 22. (ff. 135–143) hom. 23. (ff. 143–153) hom. 24. (ff. 153–162v) hom. 25. (ff. 162v–170v) hom. 26. (ff. 171–180) hom. 27. (ff. 180v–187v) hom. 28. (ff. 187v–197v) hom. 29. (ff. 197v–205) hom. 30. *Ἠθικῶν* lemmata et monitio hom. 11 ut in cod. 513. [2] (ff. 205–208) *κυ. γ' τῶν νηστειῶν, ἐν ᾧ καὶ ἡ τοῦ σταυροῦ προσκύνησις*, eiusdem * oratio de confessione crucis (M. 52, 841–844).

2 **Andreae Cretensis** [1] (ff. 208–216v) in Lazarum quatriduanum, *Ἀνδρέου Κρήτης τοῦ ἱεροσολυμήτου λόγος — Λάζαρον* cod. (M. 97, 960–985). [2] (ff. 216v–224) in ramos palmarum (M. 985–1017).

3 ⟨**s. Iohannis Chrysostomi**⟩ in Matthaeum (M. 58, 701 ss.) homiliae V, nempe (ff. 224–229v) hom. 77. (ff. 230–233v) hom. 78. (ff. 233v–237v) hom. 80. (ff. 238–242v) hom. 82; desiderantur (f. 240v) vv. *ἐν σοὶ — πάντες σκανδαλισθήσονται* (M. 741, 15–742, l. 14 ab imo). (ff. 243–247) hom. 88.

4 manu recentiore (ff. 247v–248v) **s. Gregorii Nazianzeni** oratio 1, in sanctum Pascha I (M. 35, 396–401).

Fasciculi 32 quaterniones, exceptis tertio ternione et supremo binione, in prima et ultima singulorum pagina summa ad angulum exteriorem signati efficiebant codicem.

Fasc. β'. γ' atque folia quattuor fasc. ϛ', quae perierant, saec. XIII suppleta sunt (ff. 9–22. 39. 42. 43. 46); avulsum est folium ultimum fasciculi supremi.

Homiliarum ornatus litteraeque initiales maximae viridi, rubro, flavo coloribus non semel distincta; ornatus f. 205 eleganter pictus. Margines inferiores ff. 11–13. 17–22. 125 ferro resecti. F. 1 ⟨a Ioh. Honorio a Mallia⟩ restauratum. Codicis liturgici saec. XIV laciniae ad compagines ff. 223 ss. firmandas turpiter agglutinatae sunt.

F. 18ᵛ manu saec. XIII *Aue Maria gratia plena dominus tecum.* F. 126 imo *φράτε αλέσιο πρίορε τε Σκοῦταρι* et inferius *σκαταρμβέκω*. F. 248 manu rudi inscriptio in rasura, partim cancellata et erasa *† τὴν βίβλον ταύτην τῆς ἐξαἡμέρου ἔλαβα ὑπὸ τοῦ | ἱερέως ἀλε(ξί)ου τοῦ πανορμητοῦ δῖα δου* (?) | *κάτα τέσσαρα: ἔτι ,ϛϡμη' ἰνδ. γ'* (an. 1440–1441); inferius monocondylion *Ιακωβ ο ιερομοναχος* †. Ibid. in folio summo: *d(omi)ne, d(omi)ne ualerio memento*, manu ⟨Demetrii Lucensis?⟩ *B. Jo. Chry. examerou: et | eiusd(em) omelie · 30 · d ·* F. I manu ⟨Nicolai Maiorani⟩ *Io: Chrysostomi examero(n) | et eiusd(em) Homilię XXX.* Ff. I–II *πίναξ* ⟨Winckelmanni⟩.

Integumenti tabulis corio rubro saec. XVIII obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

516 (olim 604). Saec. XI, membran. (ff. 321–329 chartac. saec. XIV), mm. 261 × 224, ff. 329 (+ 25ᵃ. 327ᵃ), coll. 2, linn. 29 (ff. 321–329, linn. 33). Constat duabus partibus in unum compactis.

I. — Pars antiquior. **S. Iohannis Chrysostomi** in Genesim homiliae XXX priores (M. 53). (ff. 1–7ᵛ) homilia 1, *ὁμιλία α' τῆς ἐξαημέρου εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς* cod. (ff. 7ᵛ–15) hom. 2. (ff. 15–24ᵛ) hom. 3. (ff. 24ᵛ–35) hom. 4. (ff. 35–43ᵛ) hom. 5. (ff. 43ᵛ–53ᵛ) hom. 6. (ff. 53ᵛ–64) hom. 7. (ff. 64–72) hom. 8. (ff. 72–79) hom. 9. (ff. 79–90) hom. 10. (ff. 90–99) hom. 11. (ff. 99–107) hom. 12. (ff. 107–114ᵛ) hom. 13. (ff. 114ᵛ–123ᵛ) hom. 14. (ff. 123ᵛ–133ᵛ) hom. 15. (ff. 133ᵛ–144) hom. 16. (ff. 144–162) hom. 17, omissis vv. *ἃ ὀφθαλμὸς — ἡμᾶς ἀναδείξῃ*, fere ut in praecedentibus codd. (ff. 162–174ᵛ) hom. 18, *Καὶ ἐκάλεσε Ἀδὰμ — τῶν ζώντων* cod. (ff. 174ᵛ–183) hom. 19; omittuntur vv. *καὶ μάλιστα τοὺς — ἐπιεικεστέρους ἀπειργάσατο* (M. 165, l. 6 ab imo — 166, 8). (ff. 183–193ᵛ) hom. 20, *Ἔγνω δὲ Κάϊν — τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἐνὼς* cod. (ff. 193ᵛ–205) hom. 21, ut in cod. 515. (ff. 205ᵛ–218) hom. 22. (ff. 218–228) hom. 23; inc. *Ἔγνωτε ἐν τοῖς ἤδη.* (ff. 228–242) hom. 24; inc. *Οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ τὰ τυχόντα.* (ff. 242–256) hom. 25. (ff. 256–268ᵛ) hom. 26. (ff. 268ᵛ–283) hom. 27. (ff. 283–294) hom. 28. (ff. 294–308ᵛ) hom. 29; desiderantur vv. *περίλυπος εἶ — καὶ ματαιότητας καὶ δολι* | (M. 261, 24–262, 7) uno folio post 294ᵛ perdito. (ff. 308ᵛ–316. 318. 317. 319–320ᵛ) hom. 30. Praeter locos modo indicatos, liber varietates nonnullas praebet, quibus ab editione discrepat. Ne ethicorum significatio quidem inscribitur.

II. — Pars recentior. **1** (ff. 321–327^{av}) **Theodori Ducae Lascari** laudatio s. Tryphonis (Acta Sanctorum novembris IV, 1925, p. 352–357, ex nostro codice).

2 (ff. 327^{av}–329^{v}) de Salvatoris imagine dicta antiphonetes narratio (Combefis, Historia haeresis monothelitarum ..., Parisiis 1648, p. 612 ss.); vitiosissime descripta est, abrumpitur in vv. *ψυχικὴν σωτηρίαν, ὅπερ* (617 A 8).

Libri pars antiquior a duabus manibus sese excipientibus perscripta (I = ff. 1–197; II = ff. 197^{v}–320^{v}, in fine cuius versus duodecasyllabi quattuor: *† Πολλοῦ κόπου τὲ καὶ πόνου συσχεθέντες, Μόλις κατηντήσαμεν εἰς τέλος ταύτης † Χριστὸς πάρασχε λύσιν ἀμπλακημάτων Τῶι πόθωι πολλῶι τὴν δέλτον κτησαμένωι †*). Constabat fasciculis *μβ'* quaternionibus (praeter 8-10. 18. 22. 42 terniones, 4 foliorum septem) in prima singulorum pagina ima sinistrorsum signatis. Deciderunt folia duo, unum ex fasc. 39 (post f. 294^{v}), alterum ex fasc. supremo (post f. 320^{v}), quod tamen ut opinor scriptura vacabat. Rubro colore distincta sunt a manu priore *πύλη* f. 1, homiliarum inscriptiones et numeri, litterae initiales maximae.

Pars recentior (ff. 321-329), in qua leguntur laudatio et narratio diversa manu perscriptae, constat fasciculo tantum uno quinione. Signum chartae, circuli tres (cf. Briquet 3237).

F. 320^{v} manus saec. XIV bis notavit: *λείπουσιν καὶ δύο λόγοι*, 31 et 32 nempe, ut quibusdam codicibus ab homilia 33 incipientibus (e. g. cod. Vat. 517) noster apte cohaereat; eadem fortasse manus quot folia impleant homiliae in primo uniuscuiusque folio supremo indicavit. Margines exteriores ff. 5. 88. 103 resecti sine textus detrimento.

F. 1 summo manu saec. XV: *Liber Jo. crisostomj sup(er) gen(esim)* | *de op(er)ibus sex dierum*; alia manu *23* (ex *22*); (ib.) alia manu <Io. Tortelli?>: *Joannis Chrysostomi sup(er) Gen(esim)*. In sectura superiore libri clausi litterae *MM*.

De codice egerunt hagiographi Bollandiani (Catal. codd. hag. bibl. Vaticanae, p. 6).

Integumenti tabulis saec. XVIII corio rubro obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

517 (olim 603). Saec. X, membran., mm. 308×225, ff. II (chartac. add.). 314, coll. 2, linn. 31.

S. Iohannis Chrysostomi in Genesim homiliae 33–67, *λόγοι λα'-ξε'* cod. (M. 53–54). (ff. 1–10) homilia 33. (ff. 10^{v}–20^{v}) hom. 34. (ff. 21–33^{v}) hom 35. (ff. 34–45) hom. 36. (ff. 45^{v}–56) hom. 37. (ff. 56^{v}–68^{v}) hom. 38. (ff. 68^{v}–77) hom. 39. (ff. 77–83) hom. 40. (ff. 83–91^{v}) hom. 41; omittuntur (f. 83^{v}) vv. *Καὶ μὴ θαυμάσῃς — τῆς ἄνωθεν ἀμοιβῆς* (M. 53, 375, 12–377, 17), (f. 91) vv. *καὶ ἀκουσόμεθα — ἀνεκτήσατο τὸν δεόμενον* (384, 20–44). (ff. 91^{v}–97^{v}) hom. 42; omittuntur (f. 91^{v}) vv. *Ποία οὖν ἡμῖν — διδασκαλίας ὑπόθεσις γίνεται* (M. 54, 385, 16–386, 31), (f. 93) vv. *Βαβαί, πόσον — αἴτιος ἂν εἴη* (M. 387, l. 3 ab imo — 388, 14), (f. 93^{v}) vv. *Ἤδειν — ἤγαγε τὸν δίκαιον, διὸ καὶ* (M. 388, 29–49), (f. 94) vv. *Ἀκούωμεν ταῦτα ἅπαντες — ματαίαν*

μὴ παραδέξῃ (M. 389, 21–5 ab imo), (f. 97) vv. *Τοιοῦτος ἦν ὁ μακάριος — ἂν γένοιτο ἴσον; διὸ παρακαλῶ* (M. 393, 5–395, 13). (ff. 98–111) hom. 43. (ff. 111^{v}–116^{v}) hom. 44; abrumpitur in vv. *Ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν* (M. 410, δ') foliis quinque post f. 116^{v} perditis; ex eadem causa subsequens principio trunca facta est. (ff. 117–127) hom. 45; inc. mut. *Τοῦτο καὶ σοφός* (M. 414, 18); pluribus insuper apparet orbata, scilicet inde a vv. *ἂν εἴη μακαριστότ]ερον* usque ad vv. *ὡς πατρίδα οἰκοῦντες* (M. 414, 23–415, 3), folio 117 plus dimidio lacerato. (ff. 127–134) hom. 46. (ff. 134^{v}–141^{v}) hom. 47. (ff. 142–153^{v}) hom. 48. (ff. 153^{v}–158^{v}) hom. 49. (ff. 158^{v}–162^{v}) hom. 50. (ff. 162^{v}–169) hom. 51. (ff. 169–178) hom. 52. (ff. 178^{v}–187) hom. 53. (ff. 187^{v}–197) hom. 54. (ff. 197^{v}–205^{v}) hom. 55. (ff. 205^{v}–215^{v}) hom. 56. (ff. 215^{v}–229^{v}) hom. 57, *Ἐγένετο — καὶ εἰς τὴν γῆν μου. Ἀπόδος μοι — ἣν δεδούλευκά σοι* cod. (ff. 229^{v}–237) hom. 58. (ff. 237^{v}–245) hom. 59. (ff. 245–251) hom. 60. (ff. 251–260) hom. 61. (ff. 260^{v}–270) hom. 62. (ff. 270–278) hom. 63. (ff. 278^{v}–292) hom. 64. (ff. 292–300^{v}) hom. 65. (ff. 301–308) hom. 66. (ff. 308–314^{v}) hom. 67; desiderantur vv. *ἐνταῦθα αἰ]νίττεται — θαυμαστὸς οὗτος καὶ πανά* | (M. 576, 11–577, l. 12 ab imo), duobus foliis post f. 313^{v} perditis; abrumpitur in vv. *Τοῦτο δὲ ἐποίει, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ οὗτος* (M. 578, 44). Desunt ethicorum lemmata.

Codex marginum amplitudine, scripturae elegantia conspicuus. Constabat fasciculis, ni fallor, 41 quaternionibus (si excipias 1 foliorum novem, 32 et 41 terniones, 33 foliorum septem) in prima singulorum pagina summa dextrorsum signatis (cf. ff. 106. 165. 173. 181. 197. 221. 229). Perierunt fasc. 15 folia quinque posteriora (post f. 116^{v}), fasc. 41 folia omnia praeter tertium (f. 314). Homiliarum inscriptiones et numeri litteris semi-uncialibus, quae dicuntur, exarata; numeri λβ'. λδ'–λς' in rasura, μη'. νγ'–νζ' posterius suppleti; item suppletae sunt in imo uniuscuiusque folio primo notae fasciculorum originales quae magna ex parte exciderunt, bis vero (ff. 118. 126) in folio quod sequitur iustum perperam impositae sunt. F. 1 ab ipso scriba suppletum.

Diversis manibus saec. XIV–XV inscriptiones quaedam: f. 1 summo † *ἀνδρονίκου τοῦ ιερακίτου ἡ βίβλος αὔτ(η)* †, f. imo homiliae(?) principium *Ἔφθασε καιρὸς ἡ τῶν πνευματικῶν ἀγώνων ἀρχὴ — ἀνάστασιν ὡς φιλάνθρωπος.* In membrana ad f. 71 pertinente, inter ff. 67^{v} et 68, † *ὁ ευτελης ἀνάγνώστης καὶ κληρικὸ(s) τῆs ἁγιωτ(ά)τ(ηs) μητροπόλεως σάρδεῶν Μιχαὴλ ο αγαπητὸs καὶ αυτὸ(s) μὰρτηρôν ὑπ(ε)γ(ρα)ψ( )* †; (f. 98) † *καγω Μηχ.*; (f. 212^{v}) † *κἀγὼ Μιχαὴλ ω αγαπιτὸ(s) μαρτήρω αιπι θεοῦ φοβου και πασὶs ἀλυθη* (aliud testimonium praebet f. 198^{v}, sed nomina legere non potui); f. 300^{v} invocatio ad Christum; f. 314 scribarum dimissio *ὥσπερ ξένοι — γράφωντες βίβλου τέλος.* Ff. 106. 187^{v}. 188. 213. 289^{v} scriptiunculae sine pretio. Margines inferiores ff. 125. 216. 234. 299 resecti sine textus damno. In sectura inferiore libri clausi litterae *IO*. Ff. I–II^{v} *πίναξ* ⟨Winckelmanni⟩.

Integumenti tabulis saec. XVIII corio rubro obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

518 (olim 777). Saec. XI–XII, membran., mm. 324×260, ff. II (chartac. add.). 248, coll. 2, linn. 34–40.

S. **Iohannis Chrysostomi** in Genesim homiliae 31–65 (M. 53–54). (ff. 1–11) homilia 31. (ff. 11–23v) hom. 32, *Καὶ ὤφθη — τῷ ὀφθέντι αὐτῷ. Καὶ ἀπέστη — ἀνατολὰς Βηθήλ* cod. (ff. 23v–30v) hom. 33, *Ἄβρα — τὴν ἀρχήν. Καὶ ἐπεκαλέσατο ἐκεῖ Ἄβρα τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ* cod. (ff. 30v–38v) hom. 34. (ff. 39–50) hom. 35. (ff. 50–59) hom. 36. (ff. 59–67) hom. 37, *Εἶπεν — κληρονομῆσαι αὐτήν* cod. (ff. 67v–77) hom. 38. (ff. 77v–84v) hom. 39. (ff. 84v–90v) hom. 40. (ff. 90v–101) hom. 41. (ff. 101–111) hom. 42; omittuntur (f. 107v) vv. *μάλιστα δείκνυσι — τὰς ἀμοιβὰς παρέχει* (M. 387, l. 14 ab imo — 388, 28). (ff. 111–121v) hom. 43. (ff. 122–128v) hom. 44. (ff. 129–136v) hom. 45. (ff. 136v–142) hom. 46. (ff. 142–147) hom. 47. (ff. 147–155v) hom. 48. (ff. 155v–158v) hom. 49. (ff. 158v–161v) hom. 50. (ff. 161v–165v) hom. 51. (ff. 166–171v) hom. 52. (ff. 172–178) hom. 53, *νβ'* cod., unde subsequentes uno numero minores factae sunt. (ff. 178–185) hom. 54. (ff. 185–191) hom. 55. (ff. 191v–198) hom. 56. (ff. 198–206v) hom. 57. (ff. 206v–211v) hom. 58, *Καὶ ἀναβλέψας — οἱ ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ* cod. (ff. 211v–216) hom. 59. (ff. 216v–220) hom. 60. (ff. 220–225v) hom. 61. (ff. 226–231v) hom. 62. (ff. 231v–236) hom. 63. (ff. 236–243v) hom. 64. (ff. 243v–248v) hom. 65, *Καὶ ἀνέβησαν — Ἰωσὴφ ζῇ* cod. *Ἠθ(ικῶν)* homiliarum 47. 48. 51. 52. 60–62 lemmata perscribuntur.

Fasciculi 32 quaterniones (si excipias 13. 15. 27 terniones, 4 et 31 foliorum septem) in primo singulorum folio signati cruce superius, numeris inferius; computatione arabica saec. XV–XVI aucti sunt. *Πύλη* f. 1, inscriptiones, litterae initiales maiores rubro plerumque colore distinctae. Ipsius scribae correctiones (ff. 85v. 88. 102. 111v), supplementa (ff. 106. 132. 215. 216. 217. 234v. 236. 244v). F. 248v manu longe seriore Act. 1, 1–5. Margines exteriores ff. 38. 46. 86 resecti.

F. 248v manu saec. XV–XVI (Demetrii Lucensis?) *omelie in test(amen)to ueteri. d.* (cf. invent. librorum Sixti IV apud Müntz et Fabre, *La bibliothèque ...*, p. 239 « B. Johannis Chrisostomi Omeliae super Veteri Testamento. Ex membr. in tabulis »). Ff. I–II *πίναξ* ⟨Winckelmanni⟩.

Integumenti tabulis saec. XVIII corio obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

519 (olim 778). Saec. XIII–XIV, membran., mm. 313×236, ff. III (chartac. add.). 342, coll. 2, linn. 31. Foliorum ordo turbatus sic restituendus: 1. 3–8. 10–17. 2. 18–23. 9. 24–31. 331–338. 32–330. 339–342.

S. Iohannis Chrysostomi et aliorum homiliae pro Quadragesima.

1 s. Iohannis Chrysostomi in Genesim homiliae 31–67 (M. 53–54). (ff. 1. 3–8v. 10–11) hom. 31; desiderantur vv. *πάντων μάθωμεν — σκηναῖς καλύβαις*

με (M. 53, 290, 22-291, 24) uno folio post 8ᵛ perdito. (ff. 11-17ᵛ. 2. 18-22) hom. 32. (ff. 22. 23. 9. 24-28) hom. 33. (ff. 28-31ᵛ. 331-335) hom. 34. (ff. 335-338ᵛ. 32-38) hom. 35. (ff. 38ᵛ-46ᵛ) hom. 36. (ff. 46ᵛ-54ᵛ) hom. 37. (ff. 54ᵛ-64) hom. 38. (ff. 64-71ᵛ) hom. 39. (ff. 71ᵛ-77) hom. 40. (ff. 77-86ᵛ) hom. 41. (ff. 86ᵛ-96ᵛ) hom. 42. (ff. 96ᵛ-106) hom. 43. (ff. 106-113ᵛ) hom. 44. (ff. 113ᵛ-121) hom. 45. (ff. 121-126ᵛ) hom. 46. (ff. 126ᵛ-132) hom. 47. (ff. 132-140ᵛ) hom. 48. (ff. 140ᵛ-144) hom. 49. (ff. 144-147) hom. 50. (ff. 147-152) hom. 51. (ff. 152-158ᵛ) hom. 52. (ff. 158ᵛ-165) hom. 53. (ff. 165-172) hom. 54, *Καλέσασα — εἶπεν αὐτῷ· Ἰδοὺ Ἡσαῦ ὁ ἀδελφός σου* cod. (ff. 172-178) hom. 55. (ff. 178-185) hom. 56. (ff. 185-195ᵛ) hom. 57. (ff. 195ᵛ-201ᵛ) hom. 58. (ff. 201ᵛ-207) hom. 59. (ff. 207-211ᵛ) hom. 60. (ff. 211ᵛ-217ᵛ) hom. 61. (ff. 217ᵛ-224ᵛ) hom. 62. (ff. 224ᵛ-230) hom. 63. (ff. 230-239ᵛ) hom. 64, *Ἐξῆλθε γὰρ — εὐθηνίας δράγματα* cod. (ff. 239ᵛ-245ᵛ) hom. 65. (ff. 245ᵛ-250) hom. 66, *Ἤγγισαν — καὶ ἀλήθειαν* cod. (ff. 250-256ᵛ) hom. 67, *Εἶπε — γῆν τῶν πατέρων ἡμῶν* cod. Marginibus summis inscribuntur *ἠθικῶν* lemmata.

2 **Andreae Cretensis**, *Ἀνδρέου ἐπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου* cod., [1] (ff. 256ᵛ-265ᵛ) oratio in Lazarum quatriduanum (M. 97, 960-985), [2] (ff. 265ᵛ-275ᵛ) *κυ(ριακῇ) τῶν βαΐων*, in ramos Palmarum (M. 985-1017).

3 **s. Iohannis Chrysostomi** [1] (ff. 275ᵛ-281ᵛ) *τῇ μεγάλῃ β'*, homilia in ps. 145, *λόγος τῇ ἁγία καὶ μεγάλῃ β' καὶ εἰς τὸν — δεσμοφύλακα* cod. (M. 55, 519-528). [2] (ff. 281ᵛ-285) *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ*, eiusdem in beatum Iob * sermo I (M. 56, 563-567) , [3] (ff. 285ᵛ-288ᵛ) *τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ γ'*, in decem virgines * (M. 59, 527-532) , [4] (ff. 288ᵛ-291ᵛ) *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ*, in Iob * sermo II (M. 56, 567-570). [5] (ff. 291ᵛ-296ᵛ) *τῇ μεγάλῃ δ'*, in Matthaeum hom. 80, *Τοῦ δὲ Ἰησοῦ — ἀνακειμένου, καὶ ὅτι δεῖ τοὺς ἁμαρτάνοντας καὶ ῥαθυμοῦντας νουθετεῖν, καὶ κατὰ φιλαργύρων* cod. (M. 58, 723-730). [6] (ff. 296ᵛ-303) *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ*, eiusdem in Iob * sermo III (M. 56, 570-576). [7] (ff. 303-312) *τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ ε'*, de proditione Iudae hom. I, *λόγος εἰς τὴν προδοσίαν τοῦ Ἰούδα καὶ εἰς τὸν μυστικὸν δεῖπνον τοῦ σωτῆρος καὶ κατὰ Ἰουδαίων καὶ μνησικάκων* cod. (M. 49, 373-382); conclusio inde a vv. *ποιεῖ ἓν σῶμα γενέσθαι πάντας ἡμᾶς* (f. 311; M. 382, 26) longe fusior. [8] (ff. 312-318) *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ*, in Matthaeum hom. 82, *Ἐσθιόντων — εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ περὶ τῶν ἀναξίως μεταλαμβανόντων τῶν θείων μυστηρίων* cod. (M. 58, 737-746). [9] (ff. 318-324) *τῇ μεγάλῃ ϛ'*, de cruce et latrone hom. I (M. 49, 399-408). [10] (ff. 324-329ᵛ) *τῷ ἁγίῳ καὶ μεγάλῳ σαββάτῳ*, **Gregorii Antiocheni** oratio in mulieres unguentiferas (M. 88, 1848-1865), *εἰς τὴν θεόσωμον — τριήμερον ἀνάστασιν* cod. [11] (ff. 329ᵛ-330ᵛ. 339-342) *τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ*, **s. Ioh. Chrysostomi** in sepulturam Domini, *εἰς τὴν*

θεόσωμον ταφὴν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ ἁγίῳ σαββάτῳ πρωΐ cod. (ed. Savile V, 912–916); noster uno folio apparet editione longior: nam (f. 341, l. 20) post vv. *Χριστὸν ὑποδεξώμεθα* (Sav. 916, 8) prosequitur: *καὶ μάλιστα ὑμεῖς αἱ τὰ χρυσεῖα — καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας ἀξιωθῆναι χάριτι κ. τ. λ.* Homilia haec fere tota cum hom. 89 in Matthaeum (M. 58, 781–786, 5) concinit.

Fasciculi 43 quaterniones in prima singulorum pagina ima signati efficiunt codicem. Periit folium supremum fasc. primi (post f. 8ᵛ), item folium supremum fasciculi quadragesimi tertii. Homiliarum inscriptiones et numeri, litterae initiales maiores rubro colore distincta. Folia 19 priora humore atque blattis laesa, non sine scripturae damno. Correctiones, emendationes nonnullas proposuit manus longe posterior; eadem fortasse pluries indicavit quot folia impleat homilia haec aut illa. F. 133ᵛ sententia obsoleta nullius pretii. F. 342ᵛ vacuum. Ff. I–III *πίναξ* <Winckelmanni>.

Integumenti tabulis saec. XVIII corio rubro obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

520 (olim 780). Saec. XI (ff. 1. 105–111 saec. XV–XVI), membran., mm. 346 × 285, ff. III (II. III chartac. add.). 285, coll. 2, linn. 34.

S. Iohannis Chrysostomi in Genesim homiliae 31–67, f. 1 manu saec. XV–XVI *βιβλίον βᵒᵛ τῆς ἑξαημέρου* (M. 53–54). (ff. 1–10ᵛ) homilia 31. (ff. 11–23ᵛ) hom. 32. (ff. 23ᵛ–31) hom. 33. (ff. 31–39ᵛ) hom. 34. (ff. 39ᵛ–50ᵛ) hom. 35. (ff. 50ᵛ–59ᵛ) hom. 36. (ff. 59ᵛ–68) hom. 37. (ff. 68–78ᵛ) hom. 38. (ff. 78ᵛ–86ᵛ) hom. 39. (ff. 86ᵛ–92ᵛ) hom. 40. (ff. 92ᵛ–103) hom. 41. (ff. 103–112) hom. 42. (ff. 112ᵛ–122ᵛ) hom. 43. (ff. 122ᵛ–130) hom. 44. (ff. 130ᵛ–138ᵛ) hom. 45. (ff. 138ᵛ–144) hom. 46. (ff. 144–150) hom. 47. (ff. 150–159) hom. 48. (ff. 159–162ᵛ) hom. 49. (ff. 163–165ᵛ) hom. 50. (ff. 166–170ᵛ) hom. 51. (ff. 171–177ᵛ) hom. 52. (ff. 177ᵛ–184ᵛ) hom. 53. (ff. 184ᵛ–192ᵛ) hom. 54. (ff. 192ᵛ–199) hom. 55. (ff. 199–206ᵛ) hom. 56. (ff. 207–218) hom. 57, *Ἐγένετο — εἰς τὴν γῆν μου. Ἀπόδος — δεδούλευκά σοι* cod. (ff. 218–224) hom. 58. (ff. 224–230ᵛ) hom. 59. (ff. 230ᵛ–235) hom. 60. (ff. 235–241ᵛ) hom. 61. (ff. 242–249) hom. 62. (ff. 249–255ᵛ) hom. 63. (ff. 255ᵛ–266) hom. 64. (ff. 266–273) hom. 65. (ff. 273–278) hom. 66. (ff. 278–285ᵛ) hom. 67. *Ἠθικῶν* lemmata in summis foliis a quibus initium sumunt inscripta.

Codex eleganter perscriptus. Constabat fasciculis 36 quaternionibus (praeter 14 et 15 septem foliorum) in prima uniuscuiusque pagina summa antiquius cruce, litteris autem posterius ut videtur dextrorsum signatis. Perierunt fasc. primi folium primum atque fasc. quartus decimus totus, quae saec. XVI suppleta sunt (ff. 1. 105–111); item periit fasc. supremi folium ultimum, quod revera vacabat scriptura. Inscriptiones, litterae

initiales maximae et maiores rubro colore exaratae. F. 190ᵛ nota *δευτέρομα ἔχη το* (?) *ἀντιβόλη*.

Nota emptionis (f. 285ᵛ): *ἠγῶράσθη αὐτὴ εἰ πάντερπνως βήβλῶς παρα Νικῶλάου ἐπισκοπ(ου) Τήνου καὶ τῆς Μηκόνοῦ καὶ Ρωδίῶν ἧς μινᾶν νῶένβριῶν ἡνδ. πρῶτις* (A. D. 1452). *καὶ εὔχεσθ(ε) μοὶ διὰ τὸν κύριον οἱ ἀναγινῶσκωντ(ες) τῖνδαὶ τιν βήβλὼν ταῦτὶν. ἀμῖν γενοῖτω κύριε* (agitur fortasse de Nicolao Lenda, quem memorat Eubel in Hierarchia catholica Medii aevi II², 1914, p. 276).

F. 284ᵛ superstitiosa quaedam prorsus obscura; alia eiusdem indolis, ut videtur, nunc evanida in ff. 36. 37. 39ᵛ. Margines exteriores ff. 72. 76. 188. 199, inferior f. 282 resecti. Signacula ex corio rubro plura eminent. In ora inferiore libri clausi: *ἐξαημέρου τὸ β*ᵗᵖ (cf. inscriptio f. I et index librorum Sixti IV apud Müntz et Fabre, *La bibliothèque...*, p. 240: « B. Iohannis Chrisostomi Exameros pars secunda. Ex membr. in pavonazio »). Ff. II–III *πίναξ* ⟨Winckelmanni⟩; f. I vacuum.

Integumenti tabulis corio rubro saec. XVIII obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

521 (olim 377). Saec. XI, membran., mm. 380×276, ff. 424, coll. 2, linn. 32.

S. Iohannis Chrysostomi in Genesim homiliae 1–33 (M. 53). (ff. 1–7ᵛ) homilia 1. (ff. 7ᵛ–15) hom. 2. (ff. 15–24ᵛ) hom. 3. (ff. 24ᵛ–35ᵛ) hom. 4. (ff. 35ᵛ–43ᵛ) hom. 5. (ff. 43ᵛ–54) hom. 6. (ff. 54–65) hom. 7, *Καὶ εἶπεν — καὶ ἐγένετο οὕτως* cod. (ff. 65–73ᵛ) hom. 8. (ff. 73ᵛ–81ᵛ) hom. 9. (ff. 81ᵛ–94ᵛ) hom. 10. (ff. 94ᵛ–105) hom. 11. (ff. 105–115) hom. 12, *εἰς τὰ ἀκόλουθα — ὅτε ἐγένετο* cod. (ff. 115–123ᵛ) hom. 13. (ff. 123ᵛ–134ᵛ) hom. 14, *Καὶ ἔλαβε — φυλάσσειν, καὶ ἐνετείλατο κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ* cod. (ff. 134ᵛ–145ᵛ) hom. 15, *Τῷ δὲ Ἀδὰμ — εἰς γυναῖκα, καὶ ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς τὸν Ἀδὰμ* cod. (ff. 145ᵛ–158ᵛ) hom. 16. (ff. 158ᵛ–180) hom. 17, *Καὶ ἤκουσαν — δειλινόν. Καὶ ἐκρύβησαν — ὅτι γυμνὸς εἶ καὶ τὰ ἑξῆς* cod. (Gen. 3, 9–12); omittuntur vv. *ἃ ὀφθαλμὸς — ἡμᾶς ἀξιωθῆναι* ut in codd. 512–515. (ff. 180–194ᵛ) hom. 18, *Καὶ ἐκάλεσεν — ἐνέδυσεν αὐτούς* cod. (ff. 194ᵛ–206ᵛ) hom. 19. (ff. 206ᵛ–219) hom. 20, *Καὶ ἔγνω Κάϊν τὴν γυναῖκα — ἦν οἰκοδομῶν πόλιν* (Gen. 4, 17) cod. (ff. 219–234ᵛ) hom. 21 ut in cod. 515, ff. 117ᵛ–125ᵛ. (ff. 234ᵛ–251) hom. 22. (ff. 251–265ᵛ) hom. 23. (ff. 265ᵛ–284) hom. 24. (ff. 284ᵛ–301) hom. 25. (ff. 301–316ᵛ) hom. 26. (ff. 316ᵛ–334ᵛ) hom. 27, *Καὶ ᾠκοδόμησε — θυσιαστήριον καὶ ὀσφράνθη κύριος ὀσμὴν εὐωδίας* cod. (ff. 334ᵛ–348) hom. 28. (ff. 348–366) hom. 29, *Καὶ ἤρξατο — καὶ ἐμεθύσθη, καὶ ἐγυμνώθη ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ* cod. (ff. 366–380ᵛ) hom. 30. (ff. 380ᵛ–395ᵛ) hom. 31. (ff. 395ᵛ–414) hom. 32. (ff. 414ᵛ–424ᵛ) hom. 33.

Codex litteris amplioribus accurate perscriptus. Constat fasciculis 53 quaternionibus cruce atque numeris (cf. ff. 105. 161. 249. 321) in prima singulorum pagina summa dextrorsum signatis; crux deest in fasc. 12–20, fasciculorum numeri plerique ferro excisi

sunt. Homiliarum complurium πύλαι, aliarum ornatus, litterae initiales maximae caeruleo et viridi coloribus atque auro picta, non semel posterius (e. g. ff. 24v. 158v. 219. 250) panniculo munita; inscriptiones, numeri, litterae initiales maiores auro atque rubro liquore distincta. Ipsius scribae supplementa brevissima in ff. 38. 41v. 191. 235. 333. 391v, notae ἐρώ(τησις) et ἀπό(κρισις) in ff. 302v. 409, obiectionis significatio in f. 67. F. 266 imo nota ad lectionem liturgicam hom. 24 (1 sept.) pertinens. Quot folia impleant homiliae 17-26 in initio singularum notavit manus longe posterior. Margines exteriores ff. 165. 240 resecti. F. 268v bestia volucris, f. 284 vultus virilis delineata.

F. 1 summo numerus antiquior *46*. In sectura inferiore libri clausi *Η ἐξαήμερος* τὸ(Α"?).

Inter libros Sixti IV noster fortasse recensitus est (Müntz et Fabre, *La bibliothèque*... p. 238: « B. Johannis Chrisostomi Exameron. Ex membr. sine tabulis »).

Integumenti tabulis saec. XVIII corio rubro obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

522 (olim 605). Saec. XI, membran., mm. 318×242, ff. 169, coll. 2, linn. 29-33.

S. Iohannis Chrysostomi homiliae variae. [1] (ff. 1–8v) de paenitentia homilia 8, *ὑπόμνημα εἰς τὸν προφήτην Ἠσαΐαν* cod. (M. 49, 335–344). [2] de incomprehensibili sermones VI (M. 48, 701–748, 795–802), nempe (ff. 9–16v) sermo 1, (ff. 16v–26) sermo 2, (ff. 26v–35) sermo 3, (ff. 35–44) sermo 4, (ff. 44–54) sermo 5, (ff. 54–60) sermo 11, *περὶ ἀκαταλήπτου. ἐρρέθη δὲ ἐν τῇ καινῇ ἐκκλησίᾳ. λό(γος) ϛ'* cod. [3] (ff. 60–68v) in psalmum 100* (M. 55, 629–636). [4] in Isaiam interpretatio (M. 56, 11–94) sine capitum distinctione. (ff. 68v–70) prooemium, (ff. 70–84) in cap. 1, (ff. 84–96v) in cap. 2, (ff. 96v–112) in cap. 3, (ff. 112–114) in cap. 4, (ff. 114–125v) in cap. 5, (ff. 125v–135v) in cap. 6, (ff. 135v–149v) in cap. 7, (ff. 149v–154) in cap. 8. [5] (ff. 154v–169v) ⟨sermo⟩ de capto Eutropio (M. 52, 395–414).

Fasciculi 21 quaterniones et folium unum efficiunt codicem. Notae antiquae desiderantur; ιβ' in fine fasc. 20 (f. 160v) inscripta ad fasciculorum enumerationem non videtur pertinere. Sermonum ornatus, inscriptiones, litterae initiales maximae rubro liquore distinctae. Emendationes nonnullae, pluribus locis erasis et suppletis, ab ipso scriba propositae.

Codicem totum perlustravit, plura correxit (e. g. ff. 136v. 153) et supplevit (e. g. ff. 76v. 105. 119. 152v) vir doctus saec. XV, Isidorus fortasse cardinal Ruthenus, qui in ff. imis 117v–119 fusius disseruit de a l l e g o r i a apud Chrysostomum (In Is. 5, 7: M. 56, 60, 13). Eadem, ut videtur aetate, notis arabicis fasciculi praediti sunt. F. 1 morosus quidam saec. XIV–XV haec exaravit: *τὸ παρὸν βιβλίον ἔχει τὸν παρόντα λόγον* (de paen. homilia 8) *πεζότερον καὶ ταῖς ἐνν(ο)ίαις οὐχ ὅμοιον τοῖς Χρ(υσοστό)μ(ου). εἶτα τοὺς ἓξ περὶ ἀκαταλήπτ(ου). καὶ εἰς τὸν ρ' ψαλμὸν μετὰ ταῦτα. καὶ τότ(ε) ἐξήγησιν εἰς τὸν Ἠσαΐαν. μετὰ τὴν ἐξήγησιν δὲ καὶ ἕτερον λόγον. τὰ δὲ γνήσι(α) καὶ γνώριμα τοῦ Χρ(υσοστό)μ(ου) συγγράμματα οἱ ἓξ περὶ ἀκαταλήπτ(ου) λόγ(οι) καὶ τὰ εἰς τὸν Ἠσαΐαν.* Ibidem manu ⟨Io. Tortelli⟩: *Jo. chrysostomj sup(er) Jsaiam. et omeliae. VI. de inconprehensibilitate dej* (cf. Muntz et Fabre, *La bibliothèque* ...,

p. 240: « B. Johannis Chrisostomi super Esaia propheta in Incomprehensibilitate Deitatis. Ex membr. in rubro », melius vero [*op. cit.*, p. 319] « ... Chrisostomi super Ysaia et homelie VI de Incomprehensibilitate dei »). F. 169 laceratum non sine textus damno; margo inferior f. 135 excisus. Foliorum sectura auro tacta.

Integumenti tabulis saec. XVIII corio rubro obductis agglutinatum est dorsum novum, in quo tesserae gentiliciae Pii IX et A. Mai card. bibliothecarii.

523 (olim 345). Ann. 1554 ut videtur, chartac. (ff. I. 409 membran.), mm. 334 × 232, ff. VI. 409 (+381a; I–V. 405–409 add.), linn. 30.

S. Iohannis Chrysostomi homiliae in psalmos (M. 55). (ff. 1–19v) in ps. 4; des. *ἐπ' ἐλπίδι κατῴκισάς με.* (ff. 20–29v) in ps. 5. (ff. 29v–37v) in ps. 6. (ff. 38–60v) in ps. 7; omittuntur vv. *τὰ δίκτυα — κελεύσας γὰρ ἀναιρεῖσθαι* (M. 102, ll. 7–2 ab imo). (ff. 61–73) in ps. 8. (ff. 73–88v) in ps. 9; des. *ἵνα καὶ διορθώμεθα.* (ff. 89–92v) in ps. 10. (ff. 92v–96v) in ps. 11; des. in vv. *ἡμῖν τιμωρίας γένηται.* (ff. 96v–98) in ps. 12; des. in vv. *σπουδαιότεροι οἱ ὀλίγωροι γένωνται* (M. 150, l. 3 ab imo). (ff. 98–108v) in ps. 41. (ff. 108v–122) in ps. 43. (ff. 122v–141) in ps. 44. (ff. 141–145) in ps. 45. (ff. 145–152v) in ps. 46; in fine omittuntur vv. *τοῦ εὐαγγελικοῦ κηρύγματος — πληρώματα.* (ff. 153–157v) in ps. 47; des. in vv. *τῶν ἐγγόνων γένονται τῶν ἑαυτῶν* (M. 221, l. 8 ab imo). (ff. 157v–174) in ps. 48; deficit in vv. *ἀπό τε τῆς ἐπιβλαβοῦς διακονίας* (M. 240, 38). *καὶ τίς τοῦτον.* (ff. 174v–190) in ps. 49. (ff. 190v–196) in ps. 108, *Ὁ Θεὸς — ἐπ' ἐμὲ ἠνοίχθη* cod. Scholion (f. 194) de sacerdotio Hierosolymitano (M. 262, n. c). (ff. 196v–209v) in ps. 109. (ff. 209v–219v) in ps. 110. (ff. 220–228) in ps. 111, doxologia omissa. (ff. 228v–232) in ps. 112. (ff. 232v–241v) in ps. 113. (ff. 242–246) in ps. 114. (ff. 246–252v) in ps. 115. (f. 253) in ps. 116. (ff. 253v–262v) in ps. 117. (ff. 262v–267) in ps. 119; omittitur inscriptio. (ff. 267v–270) in ps. 120. (ff. 270–273v) in ps. 121. (ff. 273v–275) in ps. 122. (ff. 275v–278v) in ps. 123. (ff. 278v–281v) in ps. 124. (ff. 281v–283v) in ps. 125. (ff. 284–286) in ps. 126. (ff. 286–291v) in ps. 127. (ff. 291v–293) in ps. 128. (ff. 293v–297) in ps. 129. (ff. 297–299) in ps. 130. (ff. 299–303v) in ps. 131. (ff. 303v–304v) in ps. 132. (ff. 305–306) in ps. 133. (ff. 306v–317) in ps. 134. (ff. 317–321v) in ps. 135. (ff. 322–324) in ps. 136. (ff. 324v–327v) in ps. 137. (ff. 327v–334v) in ps. 138. (ff. 335–341v) in ps. 139. (ff. 341v–354v) in ps. 140. (ff. 355–359) in ps. 141. (ff. 359–368) in ps. 142. (ff. 368v–375) in ps. 143. (ff. 375v–382) in ps. 144. (ff. 382–384v) in ps. 145. (ff. 384v–387) in ps. 146. (ff. 387–392) in ps. 147; dividitur in duas partes: prior procedit usque ad

vv. καθὼς ἂν οἷόν τε ᾖ (M. 483, 6), altera inc. *Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν αὐτὸν ρμζ' ψαλμόν. Ἐπαίνει κ. τ. λ.* (ib.). (ff. 392ᵛ–399ᵛ) in ps. 148. (ff. 399ᵛ–402) in ps. 149. (ff. 402ᵛ–404) in ps. 150.

Ff. I. 409 ex codice latino saec. XIV avulsa, exhibent fragmenta Decreti Gratiani littera Bononiensi perscripta, hoc ordine sese excipientia: (f. Iᵛ. I) causae 22 quaest. 1 cap. 14 — quaest. 2 cap. 4 *peccatum est. Nec ideo*; (f. 409ʳ·ᵛ) causae 32 quaest. 5 cap. 16 inde a vv. *nec adulte*]*ra nec fornicaria dici potest*, usque ad quaest. 7 cap. 6 *ad Damasum presbyterum*. Glossae in marginibus et inter lineas.

Liber a Francisco graeco ante diem 9 ianuarii 1555, demonstrantibus Bibliothecae Apostolicae expensis, absolutus (L. Dorez, *Le registre des dépenses* ..., p. 184). Ex exemplo satis antiquo perscriptus est, ut suadent notae ὑπ(όδειγμα), ἐρώ(τησις), λύ(σις) in ff. 50. 73ᵛ. 74 atque obiectionum significationes in ff. 13ᵛ. 49ʳ. 49ᵛ. Constat fasciculis 51 quaternionibus, si excipias 43 ternionem, primis subsequentis verbis in ultima singulorum pagina distinctis; additae sunt chartae quattuor in principio (ff. II–V) et totidem in fine (ff. 405–408). Emendationes plures, praesertim in initio libri. Foliorum acies caeruleo liquore tactae.

F. Iᵛ summo nota *39*. Ff. II–VIᵛ. 404ᵛ–408ᵛ sine scriptura.

Integumentum ex corio castaneo signato, fibulis atque catena olim munitum. In tabulis scuta Pauli IV; in dorso et in tabula anteriore schedula saec. XVII cum nota rubra *523*.

524 (olim 346). Saec. XI, membran., mm. 277×202, ff. 181 (+ 168ᵃ. 174ᵃ), linn. 25.

Homiliae in psalmos 5–15 et 43, nempe s. Iohannis Chrysostomi in ps. 5–12. 43, aliorum in ps. 6–11. 13–15.

[1] (ff. 1–3) **s. Iohannis Chrysostomi** in ps. 5; inc. mut. *ὑμῶν, χαίρω καὶ συγχαίρω* (M. 55, 68, l. 2 ab imo). [2] (ff. 3–10) eiusdem, revera **Asterii** Amaseni, in ps. 6 (M. 40, 444–460 A 3 *ὁπλίζονται*). [3] (ff. 10–20) *τοῦ αὐτοῦ*, nempe **s. Ioh. Chrysostomi** (siglum *Χρ* in margine adscriptum est) in eundem psalmum (M. 55, 71–80); des. *Ἰησοῦ Χριστοῦ ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.* [4] (ff. 20–28) eiusdem, **Asterii** nempe, in ps. 7 (M. 40, 460–477). [5] (ff. 28–55ᵛ) eiusdem ⟨**s. Ioh. Chrysostomi**⟩, *Χρ(υσοστόμου)* in margine, in eundem psalmum (M. 55, 80–106). [6] (ff. 55ᵛ–57) eiusdem * in ps. 8; inc. *Ἡ θεϊκὴ καὶ προαιώνιος ἐκ τοῦ τάφου ἐβλάστησεν ἄμπελος*, des. *ἠκούσθη αὐτοῦ τὸ εὐαγγέλιον.* [7] (ff. 57–63) eiusdem * in eundem psalmum *ἄλλως*; inc. *Ὢ τῆς θαυμαστῆς καὶ ταχείας νίκης*, des. *ἐπαινέται καὶ προσκυνηταὶ τοῦ Θεοῦ γενώμεθα.* [8] (ff. 63–66ᵛ) eiusdem * in eundem psalmum *ἄλλως*; inc. *Ἡ τοῦ κυρίου ἀνάστασις τὸ ἔαρ διπλοῦν*, des. *καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον, ἵνα σε*

